Miſſa ꝓ pace. Oro.

Deus a quo ſctā deſideria recta conſilia et iuſta ſunt opa: da ꝟuis tuis illā quā mundus dare nō pōt pacē: vt ⁊ corda nr̄a mādatis tuis dedita: et hoſtiū ſublata formidine tpa ſint tua ꝓtectione trāquilla. p.

Deus q̄ credētes in te populos nullis ſinis cōcuti terroribus: dignare p̄ces ⁊ hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax a tua pietate conceſſa chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per. Secr.

Poſt communionem.

Deus auctor pacis ⁊ amator quē noſſe viuere: cui ſeruire regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibus: ſupplices tuos: vt qui in defenſione tua confidimus: nullius hoſtilitatis arma timeamus. Per.

Miſſa pro papa. Oro.

DEus oīum fideliū paſtor
τ rector: famulū tuū. N.
quē paſtorē eccleſie tue preeſſe
voluiſti ꝓpiti⁹ reſpice: da ei q̄s
verbo τ exēplo q̇b⁹ preeſt ꝓfice
re: vt ad vitā vna cū grege ſibi
credito ꝑueniat ſempiternā. P.

Secreta.
OBlatis q̄s dn̄e
placare muneribꝰ: τ famu
lum tuū. N. quē paſtorē eccle-
ſie tue eſſe voluiſti aſſidua pro
tectiōe guberna. Per.

Poſtcō.
HEc nos q̄s dn̄e diuini ſa-
cramēti ꝑceptio ꝓtegat: τ
famulū tuū. N. quē paſtorem
eccleſie tue eſſe voluiſti vna cū
grege ſibi cōmiſſo ſaluet ſemꝑ
et muniat. Per.

Miſſa ꝓ iter agentibus. Oratio.
ADeſto domine ſupplica-
tionibus noſtris: et viam
famuloꝝ tuoꝝ in ſalutis tue ꝓ
ſperitate diſpone: vt inter om̄s
vie et vite hui⁹ varietates tuo
ſp ꝓtegant̄ auxilio. P.

Secre.
PRopitiare ſupplicatōib⁹
nr̄is dn̄e: τ has oblatiōes
q̄s tibi offerim⁹ ꝓ famulis tuis
benignus aſſume: vt viam illo
rum τ p̄cedente gratia tua di-
rigas τ ſubſequēte comitari di
gneris: vt de actu atq; eorū in
columitate ſm̄ miſericordie tue
p̄ſidia gaudeam⁹. P.

Poſtcōio.
TUa dn̄e famulos tuos ſpe
rantes in te q̄ ſumpſim⁹ ſa
cramēta cuſtodiāt: τ cōtra om̄s
aduerſos tueāt̄ icurſus. Per.

Miſſa pro infirmis. Oratio.
OMnipotēs ſempitn̄e de⁹
ſalus et̄na credētiū: exau
di nos ꝓ famulis tuis infirmis
pro q̇b⁹ miſericordie tue iplo-
ramus auxiliū: vt reddita ſibi
ſanitate gratiaruꝫ tibi in eccle
ſia tua referant actōes.

Secre.
DEus ſub cui⁹ nutib⁹ vite
noſtre momēta decurrūt
ſuſcipe p̄ces τ hoſtias famulo-
rum tuoꝝ ꝓ q̇b⁹ miſericordiaꝫ
tuā egrotātibus imploram⁹: vt
de quoꝝ periculo metuim⁹ de
eoꝝ ſalute letemur. P.

Poſtcō.
DEus infirmitatis huma-
ne ſingulare preſidiū: au-
xilij tui ſuꝑ infirmos famulos
tuos oſtēde virtutē: vt ope mi-
ſericordie tue adiuti ecclſie tue
ſancte incolumes repreſentari
mereātur. Per dn̄m

Miſſa ꝓ anniuerſario pōtificis. Orõ.
DEus q̇ licet ſis magn⁹ in
magnis: mirabilia tn̄ glo
rioſus oꝑaris in minimis: ꝯcede
mihi famulo tuo ſacris cōuent
enter ſeruire myſterijs: atq; in
oībus tua miſericordia ꝓtegat
quē ꝯſciētie reat⁹ accuſat. Per.

HOſtias tibi dñe Secreta laudis exoluētes ſupplici ter implorāmꝰ: vt qđ nobis ī meritis ꝯtuliſti intercedēte btō petro apoſtolo tuo propitius exequaris. per. Poſtcōionem

COrꝑis ſacri ⁊ p̄cioſi ſanguinis repleti muneribus q̄ſumus dñe deus noſter vt gratie tue munꝰ quod nobis in meritis cōtuliſti intercedēte beato petro apoſtolo tuo propitius muniēdo cuſtodias. Miſſa ꝓ ſeipſo ſacerdote. Oratio

SVppliciter te deꝰ pr̄ ops qui es creator oīm rerū dep̄cor vt dum me famulū tuū coram oīpotētia maieſtat tue ğuiter deliq̄ſſe cōfiteor manū miſericordie tue mihi porrigas: quatenus dum hanc oblationē tue pietati ꝓ pctīs meis offero qđ neq̄ter cōmiſi tu clementiſſime digneris abſoluere. Secreta.

DEus mīe deus pietat deus īdulgētie: indulge q̄ſo et miſerere mei et ſacrificiū qđ humiliter tue pietati offero benigne digneris ſuſcipe: vt pctā que labētibus vitijs contraxi: pius ac ꝓpitius ⁊ miſeratus indulgeas vt loco penitētie ac fluminc lachrymarū mihi conceſſo veniaȝ a te merear accipere oīm delictorum. Poſtcōionē.

DEus viuoꝝ ſaluator oīm qui nō vis mortē pctōꝝ nec letaris in ꝑditione morientium: te ſupplices dep̄cor: vt cōcedas mihi veniā delictoꝝ: vt et admiſſa defleā ⁊ eā poſtmodū nō admittā: vt cuȝ mihi extrema dies finiſꝗ vite mee aduenerit emūdatū delictis oībꝰ me āgelus ſctītatis ſuſcipiat. p.

Alia miſſa vt ſupra. Oratio.

OMps ſempiterne deꝰ tue grē pietatē ſupplici deuotione depoſco: vt oīm maloruȝ meoꝝ vinculas ſoluas: cūctiſꝗ meis malis ⁊ peccatis clemēter ignoſcas. ⁊ quia me indignū ⁊ peccatorē ad miniſteriū tuū vocare dignatꝰ es: ſic me idoneuȝ tibi miniſtrū efficias: vt ſacrificiuȝ de manibꝰ meis placide ac benigne ſuſcipias: electorumꝗ ſacerdotū me participē facias: et de p̄ceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Secreta.

DEus q̄ te p̄cipis a pctōribus exorari tibiꝗ ſacrificium cōtriti cordis offerri: hoc ſacrificiū quod indignꝰ manibꝰ meis offero acceptare dignare et vt ipē tibi hoſtia ⁊ ſacrificiū eſſe merear miſeratus concede quatenus ꝑ miniſterij huiꝰ ex-

Et

hibitionē oīm pctōꝝ percipiā remiſſionē.p. Poſt cōionem.

HUius mihi dn̄e pceptio ſacramēti ſit pctōꝝ meoꝝ remiſſio et tue pietatis optata ꝓpitiatio:vt ꝑ hec te opitulante efficiar ſacris myſterijs dign⁹ q̄ de tua pietate cōfiſus frequētare pſumo indignus. ꝑ dn̄m.

Alia miſſa vt ſupra. Oratio.

OMīs ſempiterne deus q̄ me pctōrez ſacris altarib⁹ aſtare voluiſti et ſancti nomis tui laudare potentiā:concede ꝓpitius ꝑ hui⁹ ſacramēti myſterium meoꝝ mihi veniā peccatorū vt tue maieſtati digne merear famulari.per. Secreta.

DA q̄s clemētiſſime pr̄ per hui⁹ ſacri myſteriū meoꝝ mihi veniā pctōꝝ:vt nō ad iudiciū:ſed ad indulgentiā hui⁹ preſbyteratus ordo mihi proficiat ſempiternā.p. Poſt cōio.

AUres tue pietatis mitiſſime de⁹ inclina p̄cib⁹ meis: ⁊ gr̄a ſctiſpūs illūina cor meū: vt tuis myſterijs digne miſtrare:teq̄ eterna charitate diligere merear.per.in vni.eiuſdem.

Miſſa ꝓ ꝯgregatiōe. Oratio.

DEfende q̄s dn̄e btā maria ſemp ꝟgine intercedēte iſtā ab oī aduerſitate familiā: ⁊ toto corde ꝓſtratā ab hoſtiū ꝓpitius tuere clemēter inſidijs.per

SUſcipe q̄s clemē Secre. ter oīps de⁹ oblatiōez nr̄e deuotionis:⁊ ꝑ virtutez huius ſacri famulos tuos a cūctis ꝓtege aduerſitatibus.p. Poſt cōio

SUmptis redēptionis nr̄e muneribus p̄ſta q̄s miſericors de⁹ eoꝝ nobis celebratiōe tue ꝓtectionis cōtra omnes aduerſitates ſubſidiū.p. Alia miſ ſavt.s̄. Oro

DEus q̄ nos a ſeculi vanitate cōuerſos ad brauiū ſuperne vocationis accendis pctōribus nr̄is purificandis illabere: ⁊ grām nobis qua in te pſeueremus infunde vt ꝓtectōis tue muniti p̄ſidijs: quod te donāte ꝓmiſimus impleam⁹: ⁊ noſtre ꝓfeſſionis executores effecti: ad ea que pſeuerātibus in te promittere dignat⁹ es pertingamus.per. Secreta.

TIbi dn̄e deus nr̄ deuotōis hoſtiaz īmolātes hūiliter petimus: vt nos ſacrificiū tuū mortificatōe vite carnalis accipias ac moribus q̄bus ꝓfeſſiōi nr̄e ꝯgruam⁹ inſtituas: ⁊ quos ſctē cōpūctiōis ardore ab hoīz ceteroꝝ ꝓpoſito ſeparaſti etiaz a cōuerſatōe carnali ⁊ ab īmūditia terrenoꝝ actuū infuſa no

bis celitus ſcītate diſcernas. p.
D Eus q̄ renūtiā Poſt cō.
tibus ſeculo mãſiones pa
ras in celo: dilata fratrū nr̄orū
corda celeſtibus bonis: vt frat/
na teneant cōpagine charitat
vnanimes p̄cepta cuſtodiāt ſo
brij: ſimplices ꝛ quieti ḡtis ſibi
datam ſue ꝓfeſſiōis grām fuiſ/
ſe cognoſcāt cōcordet illoꝝ vita
cum nomine ꝓfeſſio ſentiat in
opere. Per dn̄m. Miſſa p cō/
cordia fratrum. Oratio.
D Eus largitor pacis ꝛ ama
tor charitatis da famulis tuis
verā cū tua volūtate cōcordiā
vt ab oīb⁹ q̄ nos pulſant tētatō
nibus liberemur. per. Secreta
H Is ſacrificijs dn̄e q̄s cōce/
de placatus: vt qui ꝓprijs
oram⁹ abſolui delictis: nō gra
uemur externis. p. Poſt cōio.
S Pirm̄ nobis dn̄e tue chari
tatis īfunde: vt quos vno
pane ſatiaſti: tua facias pietate
cōcordes. p. in vni. eiuſ. Miſſa
pro tētatione carnis. Oratio.
V Re igne ſcti ſpūs renes
nr̄os: ꝛ cor nr̄z dn̄e vt tibi
caſto corꝑe ſuiam⁹ ꝛ mūdo cor
de placeam⁹. p. n vni. Secre.
D Irūpe dn̄e vincla pctōꝝ
noſtroꝝ vt ſacrificare tibi
hoſtiā laudis abſoluta liberta
te poſſim⁹: retribue q̄ añ tribui
ſti: ꝛ ſalua nos ꝑ idulgentiā: q̄s
ſaluare dignat⁹ es ꝑ grām. per.
D Omine adiutor Poſt cō
et ꝓtector nr̄ adiuua nos:
et refloreat caro nr̄a vigore pu
dicitie ꝛ ſanctimonie nouitate
ereptāq; de manu tartari in re
ſurrectōis gaudiū iubeas pre/
ſentari. p. Miſſa p pctis. Orō
D Eus cui ꝓpriū ē miſereri
ſemp ꝛ pcere ſuſcipe depre
catōes nr̄az vt nos ꝛ oēs famu
los tuos quos delictoꝝ cathēa
cōſtringit miſeratio tue pieta/
tis abſoluat. p dn̄m. Secreta.
E Xaudi q̄s dn̄e ſupplicum
p̄ces ꝛ cōfitētiū tibi parce
pctis vt pariter nobis indulgē
tiam tribuas benignus ꝛ pacē.
Per dominū. Alia ſecreta.
H Oſtias tibi dn̄e placatōiſ
offerimus vt ꝛ delicta nr̄a
miſerat⁹ abſoluas ꝛ nutātia cor
da tu dirigas. p dn̄m. Poſt cō.
P Reſta nobis eterne ſalua
tor vt pcipiētes hoc mune
re veniā pctōꝝ deinceps pecca
ta vitemus. p d. Alia miſſa p
E Xaudi q̄s pctis. Orō.
dn̄e ſupplicū p̄ces ꝛ confi
tētiū tibi parce pctis: vt parit
nobis indulgētiā tribuas beni
gnus ꝛ pacem. per. Secreta.

Hostias tibi dñe placatio nis offerim⁹: vt et delicta nr̄a miserat⁹ abſoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Poſt cō.

Preſta nobis eterne ſaluator vt percipiētes hoc munere veniā peccato⁊: deinceps peccata vitem⁹. p. Miſſa pro tribulatione peccato⁊ Oratio

Ineffabilē miam tuā nobis dñe clemēter oſtēde vt ſimul nos et a peccatis omnib⁹ exuas: et a penis quas pro his meremur eripias. Secreta.

Purificet nos q̄ſ dñe muneris pn̄ts oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione pficiat. p.

Preſta q̄s dñe: Poſt cō. vt terrenis affectib⁹ expiati ad ſupni plenitudinē ſacramēti cui⁹ libauimus ſctā tendam⁹. p. Miſſa p remiſſiōe petō

Deus q̄ nullū rum. Orō. reſpuis: ſed q̄uis peccantibus p pniam pia miſeratiōe placaris: reſpice ppitius ad p̄ces hūilitatis nr̄e ⁊ illūina corda noſtra: vt tua valeamus implere precepta. per. Secreta.

Preſens ſacrificiū domine quod tibi p delictis nr̄is offerim⁹: ſit tibi mun⁹ acceptū: et tam viuētibus q̄ defunctis proficiat ad ſalutē. p. Poſt cō.

Exaudi preces familie tue oṗs deus et preſta: vt ſctā hec q̄ a te ſumpſim⁹ incorrupta in nobis te donante puenīt. p. Alia miſſa p ɔgregatōe. Orō

Omnipotēs ſempit̄ne deus q̄ facis mirabilia magna ſolus: p̄tende ſup famlos tuos ⁊ ſuper cōgregatiōes illis cōmiſſas ſpm̄ gratie ſalutaris: et vt inveritate tibi placeāt perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. p. in vni. eiuſ.

Hoſtias domine Secre. famulorū tuo⁊ placatus intende: ⁊ quas in honorē nōis tui deuota mēte p eis celebramus: proficere ſibi ſentiant ad ſalutem. per. Poſt cōiōnem.

Uos celeſti recreas munere perpetuo dñe comitare preſidio: ⁊ quos fouere nō deſinis dignos fieri ſempiterna redēptione concede. Miſſa pro omni gradu eccleſie. Orō

Omnīps ſempiterne de⁹ cui⁹ ſpū totū corpus eccl̄ie ſanctificatͣ et regitͣ: exaudi nos p vniuerſis ordinibus ſupplicātes: vt gratie tue munere ab oībus tibi gradib⁹ fideliter ſuiatͣ per. in vnitate eiuſdē. Secre.

Da famulis tuis domine īdulgentiā peccatorū: con

ſolationē vite:gubernationē p
petuam: vt tibi ſeruiētes ad tu
am iugiter miſericordiā perue
nire mereant.p. Poſt cōionē.
LIbera q̄s dñe a peccatis et
hoſtibus tibi famlos ſup-
plicātes:vt in ſancta cōuerſatō
ne viuētes nullis afficiant ad-
uerſis.p. Miſſa ad repellendū
malas cogitationes. Oratio.
OMnīps et mitiſſime deus
reſpice propitius p̄ces no
ſtras:et libera corda noſtra de
malarū tētatiōibus cogitatio-
num: vt ſanctiſpūs dignū fieri
hītaculū mereamr.p.i vni.eiuſ.
HAs tibi dñe offe Secre.
rimus oblatiōes ꝓ ſalute
noſtra: quatenus aīas noſtras
ab immūdis cogitatōibus pur
ges:illeſaſq̄ cuſtodias:⁊ ſancti
ſpūs gratia illuminare digne-
ris.p.in vni.eiuſdē. Poſt cōio.
DEus qui illuminas oēm
hoīem veniētē in hūc mū
dum: illumina q̄ſumus corda
noſtra grē tue ſplēdore: vt di-
gne maieſtati tue miniſtrare:te
q̄ eterna claritate diligere va-
leamus.p. Miſſa ꝓ petitōe la
OMnīps ⁊ chrymarū. Orō
mitiſſime deus qui ſitiēti
pplo fontem viuētis aq̄ de pe
tra ꝓduxiſti:educ de cordis no
ſtri duritia cōpūctionis lachry
mas:vt pctā nr̄a plāgere valea
m⁹:remiſſionē q̄ pctō⁊ te miſe
rāte mereamur accipe.p Secr
HAnc oblationē q̄s dñe de
us quā tue maieſtati pro
peccatis nr̄is offerimus reſpice
ꝓpitius:et ꝓduc de oculis nr̄is
lachrymarū flumina q̄bus de-
bita flāmarū incēdia valeāt ex
GRatiā Poſt cō tingui.
ſpūſſancti dñe deus cordi
bus noſtris clemēter infunde:q̄
nos gemitib⁹ lachrymarū effi-
ciat maculas noſtrorū diluere
peccato⁊ atq̄ optate nobis te
largiente indulgētie preſtet ef-
fectum. Per.in vnitate eiuſdē.
Miſſa ꝓ amico pctōre. Orō.
DEus q̄ iuſtificas impiū ⁊
nō vis mortē peccatorum:
maieſtatē tuā ſuppliciter dep-
camur:vt famulum tuū de tua
mīa confidentē celeſti ꝓtegas
benignus auxilio ⁊ aſſidua ꝓ-
tectōe conſerua: vt tibi iugiter
famulet:⁊ nullis tētationibus
a te ſeparetur.per. Secreta.
HUius dñe q̄s vītute myſte
rij et a ꝓprijs nos mūda
delictis:⁊ famulū tuū ab oib⁹
abſolue pctis.p. Poſt cōionē
PUrificēt nos q̄s dñe ſacra
q̄ ſumpſim⁹ ⁊ famulū tuū:

ab omni culpa liberũ eſſe cõce
de: vt qui cõſciẽtie reatu cõſtrin
git: celeſtis remedij plenitudĩe
glieẽ. p. Miſſa p amico viuẽte

O Mĩps ſempiterne Oro.
de⁹ miſerere famulo tuo N.
et dirige eũ ſm tuã clemẽtiam
in viam ſalutis eterne: vt te do
nãte tibi placita cupiat: ⁊ tota
virtute pficiat. p dñm. Secreta.

P Roficiat q̃s dñe hec obla
tio quã tue ſupplices offe
rim⁹ maieſtati ad ſalutẽ famu
li tui. N. vt tua prouidẽtia ei⁹
vitã inter aduerſa ⁊ proſpera
vbiq; dirigat. p. Poſt cõione.

S Umẽtes dñe ppetue ſacra
ſalutis tuã depcamur cle-
mentiã: vt p ea famulũ tuũ N
ab omi aduerſitate ptegas. p.
Miſſa p ſalute viuorũ. Oro.

P Retende dñe fidelib⁹ tuis
dexterã celeſtis auxilij: vt
te toto corde pq̃rant: ⁊ q̃ digne
poſtulãt cõſeq̃ mereant. Secr.

P Ropitiare dñe ſupplica-
tionibus nr̃is: ⁊ has obla
tiones fideliũ tuorũ quas tibi
pro incolumitate eorũ offerim⁹
benign⁹ aſſume: ⁊ vt nullius ſit
irritum votum nullius vacua
poſtulatio: preſta queſum⁹: vt
quod fideliter petimus: effica-
citer conſequamur. Poſt cõio.

D A famulis ⁊ famulab⁹ tu
is q̃ſumus dñe in tua fide
et ſinceritate conſtantiã: vt in
charitate diuina firmati nulliſ
tentationibus ab eius integri-
tate euellãtur. per. Miſſa pro

D euotis amicis. Oratio.
Eus qui charitatis dona
per grãm ſancti ſpũs tuorũ cor-
dib⁹ fideliũ infudiſti: da famul'
et famulabus tuis p q̃bus tuã
depcamur clementiã ſalutẽ mẽ
tis ⁊ corporis: vt te tota virtute di-
ligãt ⁊ que tibi placita ſunt to-
ta dilectione pficiant. p. in vni.

M Iſerere q̃s dñe Secre.
famulis et fa mulab⁹ tuis
p q̃b⁹ hoc ſacrificiũ laudis tue
offerim⁹ maieſtati: vt p hec ſcã
ſuperne bñdictionis grãm ob-
tineant: ⁊ gl'iam eterne beatitu
dinis acquirãt. p. Poſt cõione

D Iuina libantes myſteria
q̃ſumus dñe: vt hec ſaluta
ria ſacramenta illis pficiant ad
proſperitatẽ ⁊ pacẽ: pro quorũ
quarũq; dilectione hec tue ob-
tulimus maieſtati. per. Miſſa
ad pluuiam petendã. Oratio.

D Eus in quo viuimus: mo
uemur ⁊ ſum⁹: pluuiã no
bis tribue cõgruẽtẽ: vt pñtibus
ſubſidijs ſufficiẽter adiuti: fidu
ciali⁹ ſempiterna appetam⁹. Secr.

OBlatis q̄ſumus dñe pla-
care muneribus ⁊ oportu
num nobis tribue pluuie ſuffi
cientis auxiliũ. p. Poſt cõionẽ

DA nobis q̄s dñe pluuiam
ſalutarẽ: et aridã terre fa-
ciem fluẽtis celeſtibus dignan
ter infunde. Miſſa ad ſerenita
tem poſtulandam. Oratio.

AD te dñe nos clamãtes ex
audi ⁊ aeris ſerenitatẽ no
bis tribue ſupplicãtib⁹: vt qui
iuſte pro pctis nr̄is affligimur
mĩa tua p̄ueniente clemẽtiam
ſentiamus. Per. Secreta

PReueniat nos q̄s dñe gr̄a
tua ſp ⁊ ſubſequať: ⁊ has
oblatiões q̄s, ꝓ pctis nr̄is nõi
tuo ꝯſecrãdas deferimus beni
gnus aſſume: vt ꝑ interceſſionẽ
ſanctoꝝ tuoꝝ cũctis nobis ꝓfi
ciant ad ſalutẽ. Per. Poſtcõio

QVeſum⁹ oꝑs de⁹ clemẽtiã
tuã: vt inundantiã coerce
as hymbriũ ⁊ hylaritatẽ vult⁹
tui nobis ĩpartiri digneris. p.
Miſſa cõtra tẽpeſtates. Orõ.

ADomo tua q̄s dñe ſpirita
les nequitie repellãtur et
aerearum diſcedat malignitas
tempeſtatum. Per. Secreta

OFferim⁹ tibi dñe laudes ⁊
munera pro cõceſſis bene
ficijs gratias referentes: ⁊ pro
concedendis ſemper ſupplici-
ter deprecãtes. Poſt cõionem.

OMnipotẽs ſempiterne de
us qui nos ⁊ caſtigãdo ſa
nas ⁊ ignoſcẽdo cõſeruas: pre
ſta ſupplicibus tuis: vt et tran-
quillitatibus huius optate cõ-
ſolationis letemur ⁊ dono tue
pietatis ſemper vtamur. Per.
Miſſa gñalis ſancti auguſtini
pro viuis ⁊ defunctis. Oratio

OMnipotẽs ſempiterne de
us qui viuoꝝ dñaris ſimł
et mortuoꝝ oĩumq; miſeris q̄s
tuos fide et opere futuros eſſe
prenoſcis te ſuppliciter exora-
m⁹: vt ꝓ quibus effundere pre
ces decreuimus: quoſq; vł pre-
ſens ſeculũ adhuc in carne reti-
net vel futurũ iam exutos cor-
pore ſuſcepit: intercedẽtibus oĩ
bus ſanctis tuis pietat̃ tue cle-
mentia omniũ delictoꝝ ſuorũ
veniam conſequanť. Secreta.

DEus cui ſoli cognit⁹ ẽ nu-
merus electoꝝ in ſuperna
felicitate locãdus: tribue q̄s: vt
intercedẽtibus oĩbus ſctis tuis
vniuerſoꝝ quos in orõne com
mẽdatos ſuſcepimus ⁊ nomia
oĩm fideliũ btẽ p̄deſtinationis
liber aſcripta retineat. Poſt cõ

PVrificẽt nos q̄s oꝑs ⁊ mi-
ſericors deus ſacra q̄ ſum-

pſiruus:⁊ interceđentibus oĩbus ſcĩs tuis: p̄ſta vt hoc tuũ ſacr̃m nõ ſit nobis reatus ad penam: ſed interceſſio ſalutaris ad veniã: ſit ablutio ſcelerum: ſit fortitudo fragiliũ: ſit cõtra oĩa mũdi ꝑicula firmamẽtũ: ſit viuoꝝ atq; mortuoꝝ fideliũ remiſſio oĩm delictorum. ꝑ. Alia miſſa pro viuis et defunctis. Oratio

PIetate tua q̄s dñe nr̃orum ſolue vincula pctõꝝ: ⁊ intercedente btã maria cũ oĩb⁹ ſc̃tis tuis nos famulos tuos atq; loca nr̃a in oĩ ſanctitate cuſtodi: omñſq; ↄſanguinitate affinitate ac familiaritate nobis ↄiũctos a vitijs purga: ṽtutib⁹ illuſtra: pacẽ ⁊ ſalutẽ nobis tribue: hoſtes viſibiles ⁊ inuiſibiles remoue: carnalia deſideria repelle: aerẽ ſalubrẽ indulge: amicis et inimicis nr̃is charitatẽ largire ⁊ oĩbus fidelib⁹ viuis ⁊ defunctis in terra viuentiũ vitã ⁊ requiẽ eternã cõcede. ꝑ. Secreta

DEus qui ſingulari corpis tui hoſtia totus mũdi ſoluiſti delicta hac oblatõe placatus maculas ſcelerũ noſtroꝝ abſterge: ⁊ omniũ xp̄ianorum viuoꝝ et mortuoꝝ peccata dimitte: nobiſq; premia eterna concede. Qui vi. Poſt cõionẽ

SUmpta q̄s dñe ſacramenta celeſtia oĩa crimina nr̃a detergãt: oĩmq; prauitatẽ ⁊ infirmitatẽ ſeu hoſticam rabiem atq; ſubitaneã mortem meritis beate marie ſemꝑṽginis ⁊ oĩm ſanctoꝝ a nobis ꝓcul repellãt et oĩbus fidelibus viuis ⁊ defũctis proſint ad veniã pro quorum tibi ſunt oblata ſalute. ꝑ. Miſſa cõtra paganos. Orõ.

OMp̄s ſempiterne deus ĩ cuius manu ſunt omniuꝫ ptãtes: ⁊ oĩm iura regnoꝝ: reſpice in auxiliũ xp̄ianoꝝ: vt gẽtes paganoꝝ que ĩ ſua feritate confidunt dextere tue potentia conterantur. per. Secreta.

SAcrificiũ dñe qđ immolamus intẽde: vt ꝓpugnatores tuos ab oĩ exuas paganorum nequitia: ⁊ in tue ꝓtectõis ſecuritate ↄſtituas. ꝑ. Poſt cõ.

PRotector nr̃ aſpice de⁹ ⁊ ꝓpugnatores tuos a paganoꝝ defende ꝑiculis: vt ab oĩb⁹ ꝑturbatiõib⁹ ſemoti liberi tibi mẽtibus ſeruiãt. ꝑ. Miſſa pro quacũq; tribulatione. Oratio

DEus q̄ nõ mortẽ ſ; pñiaꝫ deſideras pctõꝝ: pplꝫ tuũ q̄s ad te ↄuerte ꝓpiti⁹: vt dũ tibi deuot⁹ exiſtit iracũdie tue flagella ab eo amoueas. ꝑ. Secr.

SUbueniat nobis q̄s dn̄e ſacrificij p̄ntis opatio: que nos et ab erroꝛib⁹ vniuerſis potenter abſoluat: et toti⁹ eripiat pditionis incurſu. p. Poſt cō.

VEre nos q̄ſum⁹ dn̄e tua ſancta ſumētes: et ab omi propitius iniq̄tate defende. p.

Alia miſſa vt ſupra. Oratio.

NE deſpicias ops de⁹ ppl'z tuū in afflictōe clamantē ſed ꝓpter gl'iam nois tui tribulatis ſuccurre placat⁹. p. Secr.

SUſcipe domine ꝓpiti⁹ hoſtias quibus et te placare voluiſti: ⁊ nobis ſalutē potēti pietate reſtitui. p. Poſt cōiōnē

TRibulatōez nr̄az q̄s dn̄e ꝓpiti⁹ reſpice: ⁊ irā tue idignatōis quā iuſte meremr̄ auerte. p. Miſſa ꝓ impatoꝛe. Orō

DEus regnoꝝ oīz ⁊ xp̄iani maxie ꝓtectoꝛ imperij: da ſuo tuo īpatoꝛi nr̄o triūphū ꝟtutis tue ſciēter excolere: vt q̄ tua ꝯſtitutiōe eſt pꝛinceps: tuo ſēp munere ſit potēs. p. Secr.

SUſcipe dn̄e p̄ces ⁊ hoſtias eccl'ie tue ꝓ ſalute famuli tui ſupplicātis ⁊ in ꝓtectōne fideliū ppl'oꝝ ātiq̄ bꝛachij tui opare miracula: vt ſupatis pacis inimicis ſecura tibi ſeruiat xp̄iana libertas. p. Poſt cōio.

DEus qui ad pꝛedicandū eterni regis euangeliū romanū imperiū ꝑparaſti: ꝑtende faml'o tuo impatoꝛi noſtro arma celeſtia: vt pax eccl'iarum nulla turbet̄ tempeſtate belloꝝ. p. Miſſa pꝛo rege. Orō.

QUeſum⁹ ops de⁹ vt famulus tu⁹ rex nr̄ q̄ tua miſeratiōe ſuſcepit regni gubernacula ꝟtutū etiā oīm ꝑcipiat incremēta q̄bus decēter oꝛnat⁹ et vitioꝝ mōſtra deuitare: ⁊ ad te q̄ via veritas et vita es gratioſus valeat ꝑuenire. p. Secreta.

MUnera q̄s dn̄e oblata ſanctifica: vt ⁊ nobis vnigeniti tui coꝛp⁹ ⁊ ſanguis fiant: et regi noſtro ad obtinēdam aīe coꝛpiſq; ſalutē: ⁊ ad ꝑagendum iniūctū officiū te largiēte vſq; quaq; ꝓficiāt. p eūdē. Poſt cō.

HEc dn̄e oblatio ſalutaris famulū tuū ab omnibus tueat̄ aduerſis: quatenus eccleſiaſtice pacis obtineat trāquillitatē: et poſt ipſius tēpis decurſū: ad eternā ꝑueniat hereditatem. p. Miſſa cōtra ꝑſecutores ⁊ male agentes. Oratio.

HOſtium noſtroꝝ q̄ſum⁹ domine elide ſuperbiā: ⁊ eoꝝ contumaciā dextere tue virtute pꝛoſterne. p. Secreta.

HUius dñe v̄tute myſterij et a,pprijs mũdemur occultis:et ab inimicorũ liberemur inſidijs. Poſtcõionem.

PRotector noſter aſpice deus:⁊ ab inimicoꝝ nos defende ꝑiculis: vt oĩ ꝑturbatiõe ſemota liberꝫ tibi mẽtib⁹ ſuiamus.ꝑ. Miſſa ,p nimijs preſſuris. Orõ

DEus q̄ ↄtritoꝝ nõ deſpicis gemitũ ⁊ merentiũ nõ ſpernis affectũ: adeſto p̄cibus nr̄is quas tibi ,p tribulatione nr̄a effundim⁹:eaſq̄ clemẽter exaudi:vt quicq̄d contra nos dyabolice atq̄ hũane moliũt̃ aduerſitates ad nihilũ redigat̃:⁊ cõſilio tue pietatꝫ allidat̃:q̄tenus nullis aduerſitatibus leſi:ſed de oĩ tribulatõne et anguſtia erepti in eccl̃ia tua gr̃as referamus.per. Secreta.

DE⁹ q̄ tribulatos corde ſanas ⁊ meſtificatos actu letificas ad hanc ,ppitius hoſtiã dignãter attẽde quã tibi ,p nr̄a offerimus liberatiõe tu et hãc beniguus accipe ⁊ noſtra ſana diſcrimina:tribulationũ attende miſeriã:⁊ ãguſtiarũ nr̄aruꝫ ſubmoue preſſuraꝫ:vt exuti oĩbus que patimur malis in tuis ſemper mereamur exultare iuſtitijs.ꝑ dñm. Poſtcõionem.

DImitte dñe pctã noſtra ⁊ tribue nobis miam tuam quã p̄camur:vt humilitatẽ noſtrã attẽdas vincula ſoluas: delicta deleas:tribulatõem iſpicias:aduerſitateꝫ repellas effectũq̄ petitiõis nr̄e largiẽs: ſupplices tuos clemẽter exaudias Miſſa in tempe bellí. Oratio

OMnĩpotens et miſericors de⁹:a bolloꝝ nos q̄s turbine fac quietos:q: nobis bona cuncta preſtabis ſi pacẽ dederis ⁊ mẽtis et corporis.per. Secreta.

SAcrificiũ dñe qđ immolam⁹ placat⁹ intẽde vt ab oĩ nos exuat belloꝝ neq̄tia ⁊ ĩ tue ꝓtectiõis ſecuritate ↄſtituat.ꝑ.

SAcro ſctĩ corꝑis Poſtcõ: ⁊ ſanguis dñi nr̄i ieſu xp̄i refectõne vegetati ſupplices te rogam⁹ oĩps de⁹: vt h̄ remedio ſinglr̃i ab oĩꝫ pctõꝝ nos cõtagiõe purifices: ⁊ a periculorũ munias incurſione cũctoꝝ.per Miſſa ,p q̄cũq̄ nccitate Orõ.

DEus refugiũ nr̄m ⁊ v̄tus adeſto pijs eccl̃ie tue preci bus auctor ip̄e pietatis ⁊ p̄ſta: vt qđ fideliter petimus efficaciter cõſequamur.Per. Secreta

DA miſericors de⁹ vt h̄ ſalutarꝫ oblatio ⁊ a proprijs nos reatib⁹ indeſinẽter expediat:⁊

ab oĩbus tueaꝛ aduerſis. Per

Sumpſim⁹ ſacri Poſtcõ. dona myſterij humiliť deprecãtes vt q̃ in tui cõmemoratione nos facere pcepiſti: ĩ nr̃e pficiãt ĩfirmitať auxiliũ. Qui viuis. Miſſa ad poſtulãdã ſapiẽtiã. Orõ.

Deus q̃ p coeternã tibi ſapiam hoĩem cũ nõ eſſet ɔdidiſti: pditũq; miſericorditer reformaſti: pſta q̃s vt eadẽ pectora nr̃a ĩſpirãte te tota mẽte amem⁹ et ad te toto corde curram⁹. Per Secreta.

Sanctificetur q̃s dñe deus hui⁹ nr̃e oblatõis munus tua coopante ſapiã: vt tibi placere poſſit ad laudẽ: ⁊ nobis, proficere ad ſalutez. p. Poſtcõ.

Infunde q̃s dñe de⁹ p hec ſacramenta q̃ ſũpſim⁹ tue cordib⁹ nr̃is lumẽ ſapie: vt te veraciter agnoſcam⁹ ⁊ fideliť diligam⁹. p. Miſſa ad poſtulãdã ſpẽ fidẽz charitatẽ. Orõ.

Omnipotẽs ſẽpiťne de⁹ q̃ iuſtitiã tue legis ĩ cordib⁹ credẽtiũ digito tuo ſcribis: da nobis fidei ſpei ⁊ charitatis augmẽtũ: ⁊ vt mereamur aſſeq̃ qđ pmittis: fac nos amare quod pcipis. Secre.

Mitte q̃s dñe ſpm̃ ſctm̃: q̃ ⁊ hic munera pſentia tuũ nobis efficiat ſacramẽtũ: ⁊ ad hoc percipiendũ corda nr̃a purificet. p.

Sumptis Poſtcõ. In vnitate eiuſ. ſpm̃ nobis dñe tue charitatis infunde: vt q̃s vno pane celeſti ſatiaſti tua facias pietate cõcordes. per. in vni. Miſſa ad poſtulãdã humilitatez. Orõ.

Deus q̃ ſupbis reſiſtis: et grãm pſtas humilib⁹: augẽ in nobis vere humili tatis virtutez: cuius in ſe formã fidelibus vnigenit⁹ tuus exhibuit: vt nunq̃ indignationem tuam prouocemus elati: ſed poti⁹ ſpietatis tue capiam⁹ dona ſubiecti. Per eundẽ. Secreta

Hec oblatõ dñe de⁹ nobis remiſſionẽ oĩm pctõꝝ ⁊ ve humilitatis obtineat gratiã: ſicq; a cordib⁹ nr̃is cõcupiſcẽtiã carnis ⁊ oculoꝝ atq; ãbitionẽ ſeculi auferas q̃ten⁹ coraz te ſobrie iuſte pieq; viuẽtes pmia conſequamur eterna. p. Poſtcõ.

Huius dñe ſacramẽti perceptio peccatorũ noſtroꝝ maculas tergat: ⁊ nos per humilitať exhibitionẽ ad celeſtia regna perducat. Miſſa ad poſtulandam charitatem. Orõ.

Deus q̃ diligentib⁹ te facis cũcta pdeſſe: da cordib⁹ noſtris ĩuiolabilẽ tue charitať affectũ: vt deſideria de tua inſpi-

ratione cōcepta: nulla poſſint
tentatiōe mutari. Per. Secr.
DEus q̄ nos ad imaginem
tuā ſacris renouas ⁊ p̄ce-
ptis: pfice greſſus nr̄os in ſemi
tis tuis: vt charitatis donū qd̄
feciſti a nobis ſpari p h̄ q̄ offeri
m⁹ ſacrificia facias apphēdi. p.
SAnctiſpūs grā q̄s Poſtcō
dn̄e corda nr̄a illūinet et
pfecte charitatꝭ dulcedine abū-
dāter reficiat. p. i vnitate eiuſ.
Miſſa ad poſtulādā patiētiā.
DEus q̄ vnigeniti Orō.
tui patiētia antiq̄ hoſtis
cōtriuiſti ſupbiā: da nobis q̄s
q̄ idē pie p nobis ptulit digne
recolere ſicq̄ exēplo ei⁹ nobis
aduerſantia eq̄nimiter tolera-
re. Per eundem. Secreta.
MUnera nr̄e oblationis:
q̄s dn̄e placatus ſuſcipe q̄
vt nobis patiētie donū cōden-
nare digneris: maieſtati tue de
uota offerim⁹ actōe. p. Poſtcō.
SAcroſancta domīe ſumē-
tes myſteria amiſſam no-
bis q̄s recōciliēt grām atq̄ mu
nus patiētie in illatis oīb⁹ ſp et
vbiq̄ ptegēdo inpartiāt. Per.
Miſſa p ſtabilitate loci. Orō
OMnipotēs ſempitne de⁹
edificator ⁊ cuſtos hierlm
ciuitatis ſupne: edifica ⁊ cuſto-
di locū iſtū cuz habitatoribus
ſuis: vt ſit in eo domiciliū ſtabi
litatis ⁊ pacis. Per. Secreta.
HIs ſacrificijs q̄s dn̄e pla-
cat⁹ intende: vt q̄ proprijs
oram⁹ abſolui delictis nō gue-
mur externis: ſed ab oībus li-
beremur aduerſis. Poſtcōio.
SUſcipe dn̄e preces nr̄as:
⁊ muro cuſtodie tue hunc
locū cum habitātibus in eo cir
cunda: vt oī aduerſitate depul-
ſa ſit ſemp in eo domiciliū in-
columitatis ⁊ pacis. p. Miſſa
pro confitente pctā ſua. Orō.
OMnipotēs ſempitne de⁹
cōfitenti tibi famulo tuo
N. pro tua pietate relaxa pctā
vt nō plus ei noceat conſciētie
reatus ad penā: q̄ indulgētiā
tue ppitiatōis pſit ad veniā. p.
PReſta q̄s ops et Secre.
miſericors de⁹ vt hec ſalu-
taris oblatio famulū tuū. N.
et a pprijs reatib⁹ indeſinenter
expediat: et ab oībus tueatur
aduerſis. Per. Poſtcōionem.
OMnipotēs ⁊ miſericors
deus q̄ oēm animā peni-
tentē: ⁊ cōfitētē tibi magis vis
emendare q̄ pdere: reſpice ſup
hūc famulū tuū. N. ⁊ per hec
ſctā ſacramenta q̄ ſumpſim⁹ ad
uerte ab eo irā indignationis

tue: ⁊ dimitte ei oĩa pctã ſua. p.
Miſſa pro inimicis. Oratio.
DEꝰ pacis charitatiſq amator ⁊ cuſtos: da oĩbus inimicis nr̃is pacẽ charitatẽq veram cũctorũq eis remiſſionez tribue pctõꝝ noſq ab eoꝝ inſidijs potẽter eripe. p. Secreta.
OBlatis q̃s dñe placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis noſtris clementer eripe: eiſq indulgentiam tribue delictorum. Per. Poſt cõionem.
HEc nos cõio dñe exuat a delictis: ⁊ ab inimicoꝝ defendat inſidijs. p. Miſſa pro facientibꝰ nobis elemoſynas.
DEus q̃ poſt baptiſ Orõ. mi ſacr̃m ſcđam ablutionẽ peccatoꝝ elemoſynis indidiſti: reſpice ꝓpitius ſuꝑ famulos tuos pro quoꝝ opibꝰ tibi gratie referũtur: fac eos p̃mio btõs vt recipiant ꝓ paruis magna ꝓ terrenis celeſtia ꝓ tẽporalibꝰ ſempit̃na. Per. Secre.
DEus q̃ tuoꝝ corda fideliũ ꝑ elemoſynam dixiſti poſſe mũdari: da famulis tuis qui pauperibꝰ dona ſua dederunt per huius ſacramẽti myſteriũ: vt ꝑcipiẽtes hoc munere veniã pctõꝝ ĩ tuoꝝ cẽſeãtur ſorte iuſtoꝝ. Per. Poſt cõio.
PUrificẽt nos q̃s dñe ſacr̃a que ſumpſimꝰ: ⁊ famulos tuos ꝓpitiꝰ intende qui diuina mãdata recolẽtes ope indigẽtibus ſubminiſtrãt: ⁊ p̃ſta: vt ſicut eoꝝ deuotio nobis ẽ neceſſaria: ita ſit tibi ſꝑ accepta. p.
Miſſa pro amico incarcerato.
DEus q̃ btm̃ petrũ Orõ. a vĩculis abſolutũ illeſuz abire feciſti: famuli tui ĩ captione poſiti vincula abſolue ⁊ euz ipſius meritis illeſum abire cõcede.
SUſcipe has Secre. q̃s dñe hoſtias benedictio copioſa deſcẽdat q̃ captiui nr̃i vĩcula ſoluat: ⁊ deꝰ eiꝰ liberatõe nos cito letificet. p. Poſtcõio.
PReces nr̃as q̃s dñe demẽter exaudi: ⁊ ꝑ hec ſacramẽta que ſumpſimꝰ: famulũ tuũ a vinculis ſue captiuitatis abſolue. Miſſa ꝓ nauigãtibꝰ. Orõ
DEus q̃ trãſtuliſti patres noſtros ꝑ mare rubrum ⁊ trãſuexiſti ꝑ aquã nimiã laudẽ tui noĩs decãtentes te ſuplicit̃ dep̃camur: vt in naui famulos tuos repulſis aduerſitatibꝰ portu ſemꝑ optabili curſuq tranquillo tuearis. Secreta.
SUſcipe dñe q̃s p̃ces famulorũ tuoꝝ cũ oblationibꝰ hoſtiaruz: ⁊ tua myſteria cele-

brantes ab omnibus defende periculis. Per. Poſtcõionem.
SAnctificati diuino myſterio maieſtatẽ tuã dñe ſupplicit̃ depcamur ꝛ petim⁹: vt q̃s donis facis celeſtib⁹ intẽſſe per lignũ ſancte crucis ꝛ a pctis abſtrahas: ꝛ a periculis cũctis miſerat⁹ eripias. Per. Miſſa pro ſterilitate terre. Oratio.
DA nobis q̃s dñe pie ſupplicationis effectũ: ꝛ peſtilentiam famemq̃ꝫ propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoſcãt: ꝛ te indignãte talia flagella pdire ꝛ te miſerãte ceſſare.
DEus q̃ hũani generis Secr. vtrãq̃ꝫ ſubſtantiã pſentiũ munerũ ꝛ alimẽto vegetas ꝛ renouas ſacro: tribue q̃s: vt eoꝝ ꝛ corporib⁹ nr̃is ſubſidiũ non deſit ꝛ mentibus. p. Poſtcõio.
GUberna q̃s dñe tpalibus adiumẽtis quos dignaris et̃nis informare myſterijs. p.
Miſſa p peſte aialiũ. oro
DEus q̃ laborib⁹ hoĩm etiã de mutis aĩalib⁹ ſolacia ſubrogaſti: ſuppliciter te rogam⁹: vt ſine q̃bus nõ alitur hũana pditio nr̃is: facias vſib⁹ nõ pire. p.
SAcrificijs dñe Secreta. placat⁹ oblatis opez tuaꝫ nr̃is tpibus clementer ĩpende.
BEnedictionẽ tuã Poſtcõ. dñe ppl's fidel' accipiat: q̃ corpe ſalueẽ ꝛ mẽte: ꝛ cõgruaꝫ tibi ſp exhibeat ſuitutẽ ꝛ ppitiatiõis tue bñficia ſp inueniat p. Miſſa p mortalitate hoĩm.
DE⁹ q̃ nõ mortẽ: ſꝫ Oro. penitẽtiã deſideras pctõꝝ ppl'ꝫ tuũ q̃s ad te cõuerte ppiti us: vt dũ tibi deuot⁹ exiſtit iracundie tue ab eo flagella amoueas.
SUbueniat Secre. nobis q̃s dñe ſacrificij preſent̃ opatio q̃ nos ab erroꝛib⁹ vniuerſis potẽter abſoluat: ꝛ a totius eripiat perditionis incurſu. Poſt communionem.
EXaudi nos deus ſalutaris noſter: ꝛ intercedente btã maria ſp v̾gine pplm tuũ ab iracũdie tue terrorib⁹ liberũ et mĩe tue fac largitate ſecurũ. Per. Miſſa p infirmo q̃ proximus eſt morti. Oratio.
OMnipotens ſempiterne de⁹ conſeruator animarũ q̃ q̃s diligis corripis: ꝛ quos recipis pie ad emẽdationẽ coherces: te domine depcamur: vt medelã tuam cõferre digneris in aĩam famuli tui q̃ in corpe patiẽ mẽbroꝝ debilitatẽ vim laboris ſtimulos infirmitatũ da ei dñe gratiaꝫ ꝛ mĩam tuã: vt in hora exi

tus illiꝰ de corpe abſqꝫ peccati
macula creatori proprio ꝑ ma
nus ſanctorum angelorū eius
anima repreſentari mereatur.
Per dominum. Secreta.

ADeſto domine ſupplica-
tionibus noſtris: ⁊ ſuſcipe
hoſtiam quam tibi offerimus
pro famulo tuo iacente in gra
bato ſalutem non ſoluꝫ corpo
ris ſed ⁊ anime ſue petenti pre
ſta ei omnipotens deus indul
gentiam omnium iniquitatuꝫ
ſuarum per immēſam clemen
tiam tuam: et per interceſſionē
omnium ſanctorum tuoruꝫ: vt
per hoc quod ſuſtinet flagellū
a ſanctis angelis tuis ſuſcipiať
et peruenire mereatur ad glo-
rie tue regnum. Per dominuꝫ
noſtrum ieſum. Poſt cōionē.

GRatias agimus tibi do-
mine de multiplicibꝰ lar-
gitatibus tuis ex quibus ani-
mas in te ſperantium ſanare
conſueuiſti: et confiſi de tua pie
tate precamur: vt miſereri di-
gneris famulo tuo: ne preuale
at aduerſus eum aduerſarius
in hora exitus illius de corpo-
re: ſed tranſitum habere mere-
atur ad vitam perpetuā. Per
dominum noſtrū ieſum. Miſ-
ſa in agēda ꝓ mortuis. Intro.

REquiē eternam dona
eis dñe et lux ꝑpetua
luceat eis. ps. Te de-
cet hymnus deus in ſyō et tibi
reddetur votū in hierlm exau-
di orationē meā ad te oīs caro
veniet. ℣. Glia pri non dr: ſed
finito abſolute repetitur. Re-
quiem. In die depoſitionis de
functi. Oro.

DEus cui ꝓ-
prium eſt miſereri ſemper
⁊ parcere: te ſupplices exoramꝰ
pro anima famuli tui. N. quē
hodie de hͦ ſeculo migrare iuſ-
ſiſti: vt nō tradas eā in manibꝰ
inimici: neqꝫ obliuiſcaris in fi-
nem ſꝫ iubeas eā a ſctis ange-
lis ſuſcipi: ⁊ ad patriā paradiſi
ꝑduci: ⁊ qꝛ in te ſꝑauit ⁊ credi-
dit: nō penas etnas ſuſtineat:
ſꝫ gaudia ſempitna poſſideat.
Per. Epla ad corinth. i. c. xv.

FRēs. Ecce myſteriū vo-
bis dico. Oēs qdē reſur-
gemꝰ: ſꝫ nō oēs īmutabimī. In
momēto ī ictu ocli ī nouiſſima
tuba. Canet eī tuba ⁊ mortui re
ſurgēt īcorrupti ⁊ nos immuta
bimur. Opꝫ eīm corruptibile
hͦ īduere īcorruptionē ⁊ morta
le hͦ induere īmortalitatē. Cū
aūt mortale hͦ īduerit īmortali
tatē: tūc fiet ſmo q̄ ſcriptꝰ ē. Ab
ſorta eſt mors in victoria. Ubi

eſt mors victoria tua: vbi eſt
mors ſtimulꝰ tuus. Stimulus
aũt mortis pctm̃ ē: ꝟtus ꝟo pec
cati lex. Deo aũt grãs ꝗ dedit
nobis victoriã ꝑ ieſuz xp̃z dñz
nr̃m. Ep̃la ad theſſalo. i. c. iiij.

FRẽs. Nolumꝰ vos igno‐
rare de dormiẽtibꝰ: vt n̄ cõ
triſtemini ſicut ⁊ ceteri ꝗ ſpẽ nõ
hñt. Si em̃ credimꝰ ꝙ ihs mor
tuus ē ⁊ reſurrexit; ita ⁊ deꝰ eos
ꝗ dormierunt ꝑ ieſum adducet
cũ eo. Hoc em̃ vobis dicimꝰ in
ꝟbo dñi: qꝛ nos ꝗ viuimꝰ ꝗ reſi
dui ſumꝰ in aduẽtu dñi nõ pre‐
uenimꝰ eos ꝗ dormierũt. Qm̃
ip̃e dñs in iuſſu ⁊ in voce archã
geli ⁊ in tuba dei deſcẽdet: de ce
lo ⁊ mortui ꝗ ĩ xp̃o ſũt reſurgẽt
p̃mi. Deĩde nos ꝗ viuimꝰ ꝗ re‐
linqmur ſimul rapiemur cũ il
lis in nubibꝰ obuiã xp̃o ĩ aera:
⁊ ſic ſꝑ cũ dño erimꝰ. Itaqꝫ ꝯſo
lamini inuicem in verbis iſtis.
Lectio li. machabeoꝝ. ij. c. xij.

IN diebꝰ illꝭ. Uir fortiſſimꝰ
iudas collatione facta duo‐
decĩ millia dragmas argẽti mi
ſit hieroſolymã offerri eas ibi
ꝓ pctĩs mortuoꝝ iuſte ⁊ religio
ſe de reſurrectõe cogitãs. Niſi
em̃ eos ꝗ ceciderãt reſurrectu‐
ros ſperaret: ſuꝑfluuz videret
et vanũ orare ꝓ mortuis. Sed
qꝛ cõſiderabat ꝙ hi qui cũ pie‐
tate dormitionẽ acceperãt opti
mam haberent repoſitã grãm.
Sctã ergo ⁊ ſalubris eſt cogi‐
tatio ꝓ defunctis exorare: vt a
pctĩs ſoluãtur. Lectio li. apoca
lypſis btĩ iohis apl̃i. xiiij. cap.

IN diebꝰ illis. Audiui vocẽ
de celo dicẽtẽ mihi. Scribe
Btĩ mortui ꝗ in dño moriũt
amodo eĩ iã dicit ſpũs: vt reꝗe
ſcãt a laboribꝰ ſuis. Opa em̃ il
lorum ſequũtur illos. Grad.
Requiẽ eternã dona eis dñe
et lux ꝑpetua luceat eis. ℣. In
memoria eterna erit iuſtus: ab
auditõe mala nõ timebit. Tra
ctus. Abſolue dñe aĩas oĩm fi‐
deliũ defunctoꝝ ab oĩ vinculo
delictoꝝ. ℣. Et grã tua illis ſuc
currẽte mereãtur euadere iudi
cium vltionis. ℣. Et lucis etne
btĩtudine ꝑfrui. Sequẽtia Di
es ire ⁊c. Quere in fine miſſa‐
lis. Scdm Johannem. xi. cap.

IN illo tpe. Dixit martha ad
ihm. Dñe ſi fuiſſes hic frater
meꝰ non fuiſſet mortuꝰ. Sed et
nunc ſcio: qꝛ q̄cunqꝫ popoſceris
a deo dabit tibi deꝰ. Dicit ei ie
ſus. Reſurget fratͭ tuꝰ. Dicit ei
martha. Scio qꝛ reſurget ĩ re‐
ſurrectõe in nouiſſimo die Di
cit ei ihs. Ego ſuz reſurrectõ ⁊

vita. Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet. Et oīs q̄ viuit ⁊ credit in me: nō morief in eternū. Credis hoc? Ait illi Utiqȝ dn̄e: ego credidi q: tu es xp̄s fili⁹ dei viui q̄ in hūc mundū veniſti. Scd̄m Johēȝ. vi. c.

IN illo tēpore. Dixit ieſus diſcipul' ſuis ⁊ turbis iudeorum. Om̄e quod dat mihi pat ad me veniet ⁊ eū qui venit ad me nō eijciā foras. Q: deſcēdi de celo nō vt faciā voluntatem meā: ſed volūtatē eius q̄ miſit me. Hec eſt aūt volūtas eius q̄ miſit me p̄ris: vt om̄e qd̄ dedit mihi nō perdā ex eo: ſȝ reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hec eſt aūt volūtas p̄ris mei q̄ miſit me: vt oīs q̄ videt filiū ⁊ credit in eū habeat vitā eternam. Et ego reſuſcitabo eū ī nouiſſimo die. Scd̄m Johānē. vi. c.

IN illo tp̄e Dixit ieſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis iudeorū Amen amē dico vobis q: vēit hora et nūc eſt qn̄ mortui audient vocē filij dei et q̄ audierint viuēt. Sicut eīn p̄r habet vitā in ſemetipſo ſic dedit ⁊ filio vitā habere in ſemetipſo. Et poteſtatē dedit ei iudiciuȝ facere: q: filius hoīs ē. Nolite mirari hoc: q: venit hora in q̄ oēs q̄ in monumētis ſunt audiēt vocem filij dei. Et p̄cedēt q̄ bona fecerūt in reſurrectionē vite: q̄ vo mala egerūt ī reſurrectiōeȝ iudicij. Scd̄m Johem. vi. cap.

IN illo tp̄e. Dixit ih̄s diſcipulis ſuis et turbis iudeorū Ego ſum panis viuus q̄ de celo deſcēdi Si q̄s māducauerit ex h̄ pane viuet ī et̄nū. Et panis quē ego dabo caro mea eſt p̄ mūdi vita. Litigabant ergo iudei adinuicē dicentes. Quō poteſt hic nobis carnē ſuā dare ad manducādū? Dixit ergo eis ieſus. Amen amē dico vobis niſi māducaueritis carnem filij hoīs ⁊ biberitis ei⁹ ſanguinem: nō habebitis vitā ī vobis Qui māducat meā carnē et bibit meū ſanguinē hȝ vitā et̄nā Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Offer. Dn̄e ieſu xp̄e rex glīe libera aīas oīȝ fideliū defunctoꝝ: de penis inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne abſorbeat eaſ tartarus ne cadāt in obſcurū: ſed ſignifer ſctūs michael rep̄ntet eas in lucē ſanctā. Quaȝ olim abrahe p̄miſiſti ⁊ ſemini eius. Hoſtias ⁊ p̄ces tibi dn̄e laudis offerimus tu ſuſcipe p̄ aīabus illis q̄rū hodie mēoriā facim⁹:

fac eas dñe de morte trãſire ad vitam. Quam olim. Secreta.

Propitiare q̄s dñe anime famuli tui. N. p qua tibi hoſtiã laudis immolam⁹ maieſtatẽ tuã ſuppliciter dep̄cantes vt p hec pie placatõnis officia pvenire mereat ad requiẽ ſempiternã. p. Cõio. Lux eterna luceat eis dñe. Cũ ſanctis tuis in eternũ quia pius es. ℣. Requiem eternã dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſt cõionem.

Preſta q̄s oĩps deus vt animã famli tui. N. q̄ hodie de hoc ſeculo migrauit his ſacrificijs purgata: ⁊ a peccatis expedita indulgentiã pariter et vitam capiat ſempiternã. Per

Miſſa in die tertio ſeptio vel trigeſimo depoſitiõis defũcti.

Queſumus dñe vt Orõ. aĩe famuli tui cui⁹ depoſitionis diẽ tertiũ ſeptimum vel trigeſimũ cõmemoram⁹ ſctõꝝ atq; electoꝝ tuoꝝ largiri digneris conſortiũ et rorem mĩe tue perennẽ infundas. Secreta.

Munera q̄s dñe que tibi p anima famli tui offerim⁹ placat⁹ intẽde: vt remedijs purgata celeſtibus in tua pietate requieſcat. Poſt cõmunionem.

Suſcipe domine p̄ces noſtras p anima famuli tui: vt ſi que ei macule de terrenis contagijs adheſerũt: remiſſionis tue miſericordia deleant. p.

Miſſa vt ſupra. Oratio

Adeſto q̄ſumus dñe anime famuli tui: cui in die depoſitionis ſue tertio ſeptimo vel trigeſimo officiũ cõmemoratõis impẽdimus: vt ſi qua ei ſecularis macula inheſit: aut vitiũ mundiale infecit: dono tue pietatis idulgeas ⁊ abſtergas. Secreta

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ hanc oblationẽ quã tibi offerim⁹ ob diẽ depoſitionis tertium ſeptimum vel trigeſimum pro anima famuli tui. N. placidus ac benignus aſſume. Poſt cõmunio.

Omĩps ſempiterne de⁹ collocare dignare ſpiritum et aĩam famuli tui. N. cuius diẽ tertium ſeptimũ vel trigeſimum depoſitiõis cõmemoramus in ſinibus abrahe yſaac ⁊ iacob: vt cũ dies agnitõis tue aduenerit: inter ſanctos ⁊ electos tuos eum reſuſcitari precipias. Per

Miſſa p defuncto epõ. Orõ.

Da nobis dñe vt aĩam famuli tui epiſcopi quã de ſeculi eduxiſti laborioſo certa-

mine ſanctoꝝ tuoꝝ cetui tribu
as eſſe conſortẽ. Per. Secreta
ANnue nobis dñe: vt ani-
ma famuli tui epiſcopi hẽ
proſit oblatio: quam immolā-
do totius mūdi tribuiſti rela-
xari delicta. p. Poſt cōionem.
HJs ſacrificijs q̄s oṗs deus
et purgata aīa et ſpūs fa-
muli tui epī ad indulgentiaꝫ ⁊
refrigeriū ſempiternū ꝑuenire
mereat̄. p. Miſſa ꝓ defunctis
epīs ſeu ſacerdotibus. Oratio
DEus q̄ inter aplicos ſacer
dotes famulos tuos pon
tificali ſeu ſacerdotali feciſti di
gnitate vigẽ: p̄ſta q̄s vt eoꝝ q̄ꝫ ꝑ
petuo aggregẽt̄ ꝯſortio Secr̄.
SUſcipe dñe q̄s ꝓ aīabus
famuloꝝ tuoꝝ pontificū
ſeu ſacerdotū quoꝝ offerimus
hoſtias: vt q̄bus in hoc ſeculo
pontificale ſeu ſacerdotale do-
naſti meritū ī celeſti regno ſcō
rū tuoꝝ iubeas iūgi ꝯſortio. p
PRoſit q̄s dñe Poſt cōio
aīabus famuloꝝ tuoꝝ pō
tificū ſeu ſacerdotū miſ̄icordie
tue implorata clemētia vt eius
in quo ſperauerūt ⁊ crediderīt
eternum capiant te miſerante
conſortiū. Per dñm. Miſſa ꝓ
ſacerdotib⁹ defunctis. Orō
PReſta q̄s dñe vt anime fa
muloꝝ tuoꝝ ſacerdotum quos
in hoc ſeculo cōmorātes ſacris
muneribus decoraſti: in celeſti
ſede glīoſa ſemꝑ exultentur. p.
SUſcipe q̄s dñe Secreta
pro animabus famulorū
tuorum ſacerdotū quas offeri
mus hoſtias: vt quib⁹ ſacerdo
tale donaſti merituꝫ dones et
premium. p. Poſt cōmunionē.
PReſta q̄ſumus oṗs deus
vt animas famuloꝝ tuo-
rum ſacerdotū in cōgregatōne
iuſtorum eterne beatitudinis
iubeas eſſe cōſortes. p. Miſſa
pro vno defuncto. Oratio.
INclina dñe aurē tuam ad
preces noſtras q̄bus miam
tuaꝫ ſupplices deprecamur: vt
animā famuli tui quaꝫ de hoc
ſeculo migrare iuſſiſti in pacis
ac lucis regione ꝯſtituas ⁊ ſan
ctorum tuorum iubeas eſſe cō
ſortem. Per dominū. Secreta
ANnue nobis q̄ſum⁹ dñe
vt anime famuli tui hec ꝓ
ſit oblatio quā immolando to
tius mūdi tribuiſti relaxari de
licta. Per. Poſt cōmunionē.
ABſolue q̄ſumus domine
aīam famuli tui ab oī vin
culo delictoꝝ: vt in reſurrectio
nis gloria inter ſctōs et electos
tuos reſuſcitatus reſpiret. per.

Miſſa .p. vna defuncta. Oro.

Quesum⁹ dñe pro tua pietate miſerere aīe famule tue: et a contagijs mortalitatis exutam in eterne ſaluationis partem reſtitue. per. Secreta.

His ſacrificijs dñe q̄s anima famule tue a peccatis oībus exuat̄ ſine q̄bus a culpa nemo liber extitit: vt per h̄ pie placationis officia perpetuam miaz exequat̄. per. Poſt cōio

Inueniat q̄s dñe aīa famle tue lucis et̄ne conſortiū: cui⁹ perpetue gr̄e cōſecuta eſt ſacramētū. per. Miſſa .p. defunctis fratribus et bn̄factorib⁹. Oro.

Deus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator que ſum⁹ clemētiā tuā: vt nr̄e ꝯgregationis fr̄es, .p.pinquos ⁊ bn̄factores q̄ ex h̄ ſeculo tranſierūt btā maria ſemper v̄gine interce dēte cū oībus ſctīs tuis ad perpetue btitudinis cōſortiū perueniire cōcedas. per. Secreta.

Deus cuius mīe nō eſt numerus ſuſcipe .p.pitius p̄ces hūilitatis nr̄e: ⁊ aīabus fratrū: .p.pinquoꝝ ⁊ bn̄factoꝝ noſtroꝝ q̄bus tui nois dediſti cōfeſſionē: per hec ſacr̄a ſalutis noſtre cunctoꝝ remiſſionē tribue peccatorū. Per. Poſt cōionez

Preſta q̄s omp̄s ⁊ miſericors deus: vt aīe fratrum .p.pinquorū ⁊ benefactorū noſtrorū pro q̄bus hoc ſacrificiū laudis tue obtulim⁹ maieſtati: per huius virtutē ſacramēti a pctīs oībus expiate lucis perpetue te miſerāte recipiāt beatitudinē. per. Miſſa .p. his qui in cimiterio requieſcūt. Oro.

Deus cuius miſeratōe aīe fideliū requieſcūt: famlīs et famulab⁹ tuis oībus h̄ ⁊ vbiq̄ in xp̄o quieſcētibus da .p.pitius veniā pctōꝝ: vt a cunctis reatibus abſoluti tecum ſine fine letent̄. per dñm. Secreta.

Pro aīabus famulorū famularūq̄ tuarū ⁊ oīm catholicoꝝ h̄ ⁊ vbiq̄ in xp̄o dormientiū hoſtiaz domīe ſuſcipe benignus oblatā: vt hoc ſacrificio ſingulari vinculis horrende mortis exute vitaz mereantur eternā. per. Poſt cōionem.

Deus fideliū lumē aīaruz adeſto ſupplicatōib⁹ nr̄is et da famulis ⁊ famulab⁹ tuis quoꝝ corpa h̄ ⁊ vbiq̄ in xp̄o requieſcūt refrigerij ſedē quietis btitudinē: ⁊ luminis claritatez Miſſa in anniuerſario. Oro.

Deus idulgētiarū dñe da aīabus famuloꝝ famula

rũqꜫ tuarũ quoꝝ anniuerſariũ depoſitionis diez commemoramus refrigerij ſedẽ: quietis beatitudinez: ⁊ luminis claritatẽ.

Secr. PRopitiare dñe ſupplicatiõib' nr̃is ꝓ aĩabus famuloꝝ famularuʒqꜫ tuarum quoꝝ hodie annua dies agitur: pro q̈bus tibi offerimus ſacrificium laudis vt eas ſanctorum tuorũ conſortio ſociare digneris. per.

Poſt cõio. PReſta q̈s dñe vt aĩe famuloꝝ famularũqꜫ tuarũ q̈rũ anniuerſariũ depoſitionis diẽ cõmẽoram': his purgate ſacrificijs indulgentiã pariter et requiem capiãt ſempiternã. per.

Miſſa ꝓ patre ⁊ matre. Orõ.

DEus q̈ nos prẽm ⁊ matrẽ honorare p̃cepiſti: miſerere clemẽter aĩabus pr̃is ⁊ matris mee eorũqꜫ peccata dimitte: meqꜫ eos in eterne claritatis gaudio fac videre.

Secreta. SVſcipe ſacrificiuʒ dñe qd̃ tibi ꝓ aĩabus pr̃is ⁊ matris mee offero: eiſqꜫ gaudium ſempiternũ in regione viuorũ ꝯcede: meqꜫ cum illis felicitati ſctõꝝ cõiunge. per.

Poſt cõio. CEleſtis participatio dñe ſacramẽti aĩabus patris ⁊ matris mee requiẽ ⁊ lucẽ obtineant perpetuã: meqꜫ cum illis gratia tua coronet eterna. per.

Miſſa ꝓ oĩb' defunctis. Orõ.

OMñs ſempiterne de': cui nunq̃ ſine ſpe mĩe ſupplicaꝝ: ꝓpitiare aĩabus famuloꝝ famularũqꜫ tuarũ: vt q̈ de hac vita in tui nõis confeſſione deceſſerunt: ſctõꝝ tuoꝝ numero facias aggregari. per.

Secreta. PRopitiare q̈s dñe aĩabus famuloꝝ famularũqꜫ tuarum ꝓ q̈bus tibi hoſtias placationis offerim': ⁊ q2 in hac luce in fide mãſerũt catholica: in futura vita eis retributio condonet eterna. per.

Poſt cõionez. PReſta q̈s oñs deus: vt animas famuloꝝ famularuʒqꜫ tuarũ ab angelis lucis ſuſceptas in ꝑparata hĩtacl'a deduci facias btõꝝ. p.

Miſſa gñalis ꝓ fidelibus defunctis. Oratio

FIdelium deus oĩm conditor ⁊ redẽptor animabus famulorum famularũqꜫ tuarũ remiſſionẽ cunctoꝝ tribue peccatoꝝ: vt indulgẽtiã quã ſemꝑ optauerũt pijs ſupplicatiõib' ꝯſequanꝝ. Qui viuis.

Secre. HOſtias q̈s dñe quas tibi pro animabus famulorũ famularũqꜫ tuarũ offerimus ꝓpitiatus intende: vt quib' fidei

xpiane meritū cōtuliſti dones et premiū. P. Poſt cōionem.

ANimabus q̄ſum⁹ domie famuloꝝ famularūq; tuarum oratio ꝓficiat ſupplicantum: vt eas ⁊ a peccatis oībus exuas: ⁊ tue redēptōnis facias eſſe participes. Qui vi. Miſſa pluralis ꝓ defunctis. Oratio.

PRopitiare q̄s dn̄e animabus famuloꝝ famularūq; tuarū mīa ſempiterna vt mortalitatis nexib⁹ expeditas: lux eas eterna poſſideat. Secreta

HOſtias tibi dn̄e hūili deprecatione deferim⁹ vt anime famulorum famularumq; tuarū per hec pie placationis officia tuam miſericordiā conſequantur. Per. Poſt cōionē.

DEus vita viuētium ſpes morientiū ſalus omnium in te ſperantiū: preſta ꝓpitius: vt anime famuloꝝ famularuz q; tuarū a noſtre mortalitatis tenebris abſolute beata maria ſemp̱ v̓gine intercedēte in ꝑpetua cū ſctīs tuis luce letentur. P

Alia miſſa vt ſupra. Oratio.

DEus cui ꝓpriū eſt miſerere ſemp̱ ⁊ parcere ꝓpitiare aīabus famuloꝝ famularūq; tuarū: ⁊ oīa eoꝝ pctā dimitte: vt mortalitatis vinclis abſoluti tranſire mereant̄ ad vitam. P.

ANnue nobis dn̄e vt aīab⁹ famuloꝝ famularūq; tuarū h̄ ꝓſit oblatio: quā immolādo totius mūdi tribuiſti relaxare delicta. Secr. Poſt cōio.

DEus cui ſoli cōpetit medicinaz preſtare poſt mortē preſta q̄ſumus: vt aīe famuloꝝ famularūq; tuarum a terrenis exute cōtagijs in tue redēptionis partem numerentur. Per.

Alia miſſa vt ſupra. Oratio.

ANimabus q̄ſumus dn̄e famuloꝝ famularūq; tuarum miam concede ꝑpetuā: vt eis ꝓficiat in eternū q; ī te ſperauerūt ⁊ crediderūt. P. Secr.

HIs dn̄e q̄s placat⁹ intende muneri⁹: ⁊ quod ad laudem tui noīs ſupplicātes offerimus: ad indulgentiaz ꝓficiat defunctoꝝ. P. Poſt cōionem.

SUpplices dn̄e ꝓ aīabus famuloꝝ famularūq; tuarum p̄ces effundimus obſecrātes: vt quicq̄d ↄuerſatōe cōtraxerūt humana ⁊ clemēter īdulgeas: ⁊ in tuoꝝ ſede letantium conſtituas redemptoꝝ. P dn̄m.

Miſſa ꝓ defuncto nup̱ baptizato. Oro.

DEus q̄ ad celeſte regnū nō niſi renatiſ ꝑ aquā ⁊ ſpm̄ſanctū pandis in

troitū: multiplica ſup animaȝ famuli tui. N. miam tuā: ꝛ cui donaſti celeſtē ꝛ incōtaminatū tranſitū poſt baptiſmi ſacrm: da ei eternoꝝ plenitudinem gaudioꝝ. p. in vni. eiuſ. Secr.

P Ropitiare dñe anime famuli tui. N. p qua tibi offerimus ſacrificiū laudis: vt eā ſanctoꝝ tuoꝝ conſortio ſociare digneris. p. Poſt cōionem.

P Ropitiare dñe aīe famuli tui N. vt quē in fine iſtius vite regñatōis fōte mūdaſti ad celeſtis regni btitudinē facias puenire. p. Miſſa p deſiderātibus pniaȝ. Si quis pniaȝ petēs dū ſacerdos venerit officio lingue fuerit priuat⁹: conſtitutū eſt: vt ſi idonea teſtimonia h dixerint ꝛ ipe pmot⁹ aliquos ſatiſfaciat: ſacerdos ipleat oia circa penitentē vt mos ē. Orō

O Mñps ꝛ miſericors de⁹ in cui⁹ humana cōditio poteſtate cōſiſtit aīam famuli tui N. q̄ſumus ab oībus abſolue pctis: vt penitētie fructū quem volūtas eius optauit: puētus morte nō pdat. p dñm. Secre.

S Atiſfaciat tibi dñe q̄s p anima famuli tui. N. preſens oblatio: vt pariter veniaȝ quā queſiuit inueniat: et quod officio lingue iplere nō potuit deſiderate penitētie cōpēſatione percipiat. per. Poſt cōionē

D Eus a quo inſpirat: humano cordi omequod bonū eſt: tribue p hec ſancta que ſumpſimus: vt ſicut aīe famuli tui. N. penitentiā velle donaſti: ſic indulgentiā tribuas miſeratus optatā. p. Miſſa pro cuius anima dubitatur. Oratio

O Mñps et miſericors deus inclina q̄s venerabiles aures tuas ad exiguas pces nr̄as quas ante cōſpectū maieſtatis tue p anima famuli tui. N. humiliter fundim⁹: vt q: de qualitate vite eius diffidim⁹: de abūdantia pietatis tue cōſolemur: et ſi plenā veniā anima ipſi⁹ obtinere nō poteſt ſaltem vl' inter ipa tormēta que forſitan patit refrigeriū de abūdātia miſerationū tuarū ſentiat. p. Secre.

S Uſcipe demētiſſime pr̄. p pia cōmemoratōe famuli tui. N. hoſtiā placatōis ꝛ laudis: vt ſacrificij pñtis oblatio ad refrigeriuȝ aīe eius te miſerante pueniat. p. Poſt cōionē.

S Umpſim⁹ dñe corpis ꝛ ſāguīs tui deuota myſteria obſecrantes maieſtatis tue clemētiā: vt ꝛ viuētibus ſint tute

la: et defuncto famulo tuo obtineant veniā. p dominū noſtrū

In feſto viſitatōis glioſe v̄gis marie ad miſſam. Introitus.

TRanſite ad me omēs qui cōcupiſcitis me et a generationibꝰ meis implemini. ps. In me gratia omnis vie et veritatis: in me omnis ſpes vite et virtutis. ℣. Gloria patri. et Gloria in excelſis deo. de d n̄a. Oratio.

DEus cuius vnigenitꝰ vtero adhuc v̄ginis clauſus iohannē baptiſtā maria ſalutāte ſpū̄ſancto priuſq̄ naſceretur īpleuit: da eccleſie tue: vt quos ſpiritali regeneratiōe concepit purificatos tibi filios pariat adoptōis. p eū. Lectio lib. ſapie

EGo quaſi therebintus extēdi ramos meos: ⁊ rami mei honoris ⁊ gratie. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fructus honoris et honeſtatis. Ego mr̄ pulchre dilectiōis ⁊ timoris ⁊ magnitudinis ⁊ ſancte ſpei. In me gratia oīs vie et veritatis: ī me oīs ſpes vite ⁊ virtutis. Tranſite ad me oēs q̄ cōcupiſcitis me et a generatiōibus meis implemini. Spū̄s em̄ meus ſup mel dulcis: et hereditas mea ſuper mel et fauū. Memoria mea in generatione ſeculoꝝ. Grad.

Ego effudi flumina: ego quaſi trames aque immēſe: ego quaſi fluuiꝰ dorix: ⁊ ſicut aq̄ductus exiui de paradiſo. ℣. Rigabo hortū plātationū ⁊ inebriabo partus mei fructus. All'a. ℣. Ut facta eſt vox ſalutatōnis tue in auribus meis exultauit infans in gaudio in vtero meo. Lectō ſancti euāgelij ſm̄ lucam

IN illo tpe. Exurgēs maria abijt in mōtana cum feſtinatione. Require in ſexta feria q̄ttuor tēpoꝝ ď aduētu. Offer

Unde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me: beata q̄ credidiſti quoniā perficient in te que dicta ſunt tibi a dn̄o: ⁊ ait maria. Magnificat aīa mea dn̄m: ⁊ exultauit ſpū̄s meus in deo ſalutari meo. Secreta

SUſcipe q̄s dn̄e fidelis populi vota: vt qui te ab vtero inuiolate v̄ginis p̄curſorē in vtero ſanctificaſſe cōgaudet ipſi quoq; a te in vtero matris eccleſie ſanctificari mereamur. Qui vi. Cōīo. Manſit aūt maria cū illa quaſi mēſibus tribus et reuerſa eſt in domum ſuam.

SAcra libātes Poſt cōīo: myſteria te dn̄e ſupplicit̄

depcamur: vt eccleſia tua viſita
tionis myſteria recolēs: viſitā-
tis ⁊ viſitate meritis ſubleuata
ab inſtātibus malis et pericu-
lis eruat. per dñm. Miſſa pro
ſponſo et ſponſa. Introitus.

DEus iſrael coniungat
vos ⁊ ipe ſit vobiſcū
qui miſertus eſt duo-
bꝰ vnicis: ⁊ nūc dñe fac eos ple
nius bñdicere te. ps. Bti oms
qui timēt dñm qui ambulāt in
vijs eius. ℣. Glia pri. Oratio.

DEus qui tam excellēti my
ſterio coniugalē copulam
conſecraſti: vt chriſti et eccleſie
ſacramentum preſignares in
federe nuptiarū: preſta queſu-
mus: vt quod noſtro miniſtrat
officio: tua bñdictōe potiꝰ iple
at. p. Epla ad Corinth. i. c. vi.

FRatres Neſcitis quoniā
corpora veſtra mēbra ſūt
xpi? Tollēs ergo membra xpi
faciā mēbra meretricis? Abſit.
An neſcitis qm q adheret me-
retrici vnū corpꝰ efficit. Erunt
inquit duo in carne vna. Qui
aūt adheret dño: vnus ſpūs eſt
cū eo. Fugite fornicationem.
Omne peccatū quodcūq fece
rit homo extra corpus ē. Qui
aūt fornicat in corpus ſuū pec
cat. An neſcitis qm mēbra vra
templū ſunt ſpūſſci q in vobis
eſt: quem habetis a deo: ⁊ non
eſtis veſtri? Empti em eſtis pre
cio magno. Glorificate ⁊ por-
tate deū in corpe veſtro. Grad
Uxor tua ſicut vitis abundās
in lateribus domus tue. ℣. Fi-
lij tui ſicut nouelle oliuarū in
circuitu menſe tue. Alleluya. ℣
Mittat vobis dominꝰ auxiliū
de ſancto ⁊ de ſyon tueat vos.
Scdm mattheum. xix. caplo.

IN illo tpe. Acceſſerunt ad
ieſum phariſei tētantes eū
et dicētes. Si licet homini di-
mittere vxorē ſuā quacunq ex
cauſa? Qui reſpondens ait eis
Nō legiſtis q qui fecit hoiem
ab initio maſculū ⁊ feminā fe-
cit eos: ⁊ dixit. Propter hoc re
linquet homo patrē ⁊ matrē et
adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo
in carne vna. Itaq iam nō ſūt
duo: ſed vna caro. Quos ergo
deus cōiūxit homo nō ſeparet
Offerto. In te ſperaui dñe di-
xi tu es deus meus in manibꝰ
tuis tempora mea. Secreta.

SUſcipe qs dñe pro ſacra
cōnubij lege munus obla
tum: ⁊ cuius largitor es mune-
ris eſto diſpoſitor. per. Anteq
dicat Pax domini. dicitur hec
benedictio ſuper eos. Oratio.

PRopitiare dñe ſupplica-
tionibus nr̃is ⁊ iuſtifica-
tionibus tuis q̇bus ꝓpagatio-
nez humani generis ordinaſti
benignus aſſiſte: vt qđ te aucto
re iungit̃: te auxiliãte ſuet̃. P.

**Oratio**

DEus q̇ ptãte vir-
tutis tue de nihilo cuncta
feciſti: q̇ diſpoſitis vniuerſitatꝭ
exordijs hoĩem ad imaginem
dei facto. ideo ĩſeparabile mu
lieris adiutoriũ cõdidiſti: vt fe
mineo corpori de virili dares
carne principiũ: docens quod
denuo placuiſſet inſtitui: nũq̃
placeret diſiũgi. Per.

**Oratio.**

DEus per quē mulier iũgi
tur viro ⁊ ſocietas princi
paliter ordiata ea bñ ✠ dictiõe
dotat̃ q̄ nec ſola per originalis
pcti penã: nec ꝑ diluuij ē abla-
ta ſentẽtiã.

**Sup ſpõſaz. Oro**

REſpice ꝓpitius ſuꝑ hanc
familiaz tuã que maritali
iungēda ꝯſortio tua ſe expetit
ꝓtectione muniri ſit in ea iugũ
dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ ca
ſta nubat ĩ chriſto: imitatrixqꝫ
ſanctarũ ꝑmaneat feminaruz
ſit amabilis vt rachel viro ſuo:
ſapiēs vt rebecca: longeua ⁊ fi-
delis vt ſarra: nihil ĩ ea ex acti
bus ſuis: ille auctor p̄uaricatio
nis vſurpet: nexa fidei manda
tiſqꝫ ꝑmaneat vni thoro iũcta:
et tactus illicitos fugiat: muni
at infirmitatē ſuã robore diſci
pline: ſit verecundia grauis: pu
dore venerabilis: doctrinis ce-
leſtibꝰ erudita: ſit fecũda in ſo-
bole: ſit ꝓbata ⁊ innocēs: et ad
beatoꝝ requiē: atqꝫ ad celeſtia
regna ꝑuēiat.

**Suꝑ vtroſqꝫ oro**

ET videant ambo filios fi
lioꝝ ſuoꝝ vſqꝫ ad tertiã et
quartã generationē: ⁊ ad opta
tam perueniãt ſenectutez. Per

**Hic diac.** Pax dñi ſit ſemper
vobiſcũ

**Cõmunio** Ecce ſic be
nedicet̃ oĩs homo q̇ timet dñz
et videas filios filioꝝ tuorum
pacem ſuꝑ iſrael.

**Poſt cõionē**

QVeſumꝰ oṗs deꝰ inſtituta
ꝓuidētie tue pio fauore
comitare: ⁊ q̇ hos legitima ſo-
cietate cõnectis: lõgeua pietate
cuſtodi.

**Bñdictio ſuꝑ vtroſqꝫ Oro**

DEus abrahã: ⁊ deꝰ
yſaac: ⁊ deus iacob ſit vo
biſcũ: ⁊ ip̄e impleat bñdictiões
ſuaz in vobis: ⁊ videatis filios
filioꝝ veſtroꝝ vſqꝫ in tertiam ⁊
quartã generationez: ⁊ poſtea
vitã eternã habebitis ſine fine
adiuuãte dño noſtro ieſu xp̄o
q̇ cũ prẽ ⁊ ſpũſcõ viuit ⁊ regnat
deus. ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ. ℟.
Amen.

**Ad induendũ puerum**

ſiue puellā habitū ꝓ voto ſiue
ꝓ deuotōe. ℣. Adiutoriū nr̄m
in noīe dn̄i. ℟. Qui fecit celū ⁊
terrā. ℣. Dn̄e exaudi orationē
meā. ℟. Et clamor meus ad te
veniat. ℣. Dominus vobiſcū.
℟. Et cū ſpiritu tuo. Oratio.
Domine ieſu xp̄e q̄ nr̄a ꝓ
ſalute ſuſcipiēs humanā
naturā de veſtimēto carnis in-
duere dignatꝰ es: bn̄dictōe ſctā
tua bn̄ ✠ dic iſta paruula veſti
mēta q̄ ꝓ gratijs tibi exoluēdiſ
oī cum deuotōe ſctōq; voto ac
veneratōe beatiſſime marie in
fans iſte ſiue puella iſta ſup ſe
ſuſceptur9 eſt: infunde in eā q̄s
tuaȝ ſctām bene ✠ dictionē: vt
cū primū induerit: hoc religio
ni ſimile veſtimentū: intercedē
te ſctō. N. deſcēdat ſup eū grā
tua q̄ ꝓtegat illū vel illaȝ ab oī
malo mētis ⁊ corpis. Qui vi.
Deīde aſpgat veſtimēta ⁊ illū
ſiue illā: ⁊ adoleat incenſo. Cū
vero exuit eū vel eā dicat. Eri
piat dn̄s de corde tuo ſeculi pō
pas qbꝰ abrenūtiaſti dum ba-
ptiſmum ſuſciperes. ps. Eripe
me dn̄e ab hoīe malo a viro
iniquo eripe me. Eripe me de
inimicis meis deꝰ meus: ⁊ ab in
ſurgētibꝰ in me libera me. Eri-
pe me de opantibꝰ iniquitateȝ
⁊ de viris ſanguinū ſalua me.
Glia. Sicut. Poſtea iduat eū
cappa ⁊ ſcapulari anteq̄ cingat
et dicat an̄. Immitat in te dn̄s
ſanctū religionis amorē ſctōq;
feruore ſuccēdaris et ardeas ce
leſtium bonoruȝ deſiderio. ps.
Laudate pueri dominum. ⁊c.
Glia. Poſtmodū cingat eū vl
eaȝ dicēdo an̄. Precingat dn̄s
te zona iuſtitie vt īmaculata cō
ſues oīa mādata ſua. ps. Lau
date dn̄m in ſctis eius: laudate
eum in firmamēto virtutis eiꝰ.
⁊c. Deinde det ei candelam ac
cēſam ⁊ dicat. ℣. Domine exau
di orationē meā. ℟. Et clamor
meꝰ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobi-
ſcum. ℟. Et cū ſpiri. Oratio.
Domīe ieſu xp̄e lux vera
de vō lumine q̄s clemen-
tiaȝ tuā: vt ꝑ interceſſionē btiſ-
ſimi. N. mēteȝ puuli huiꝰ illu-
mines: vt cū ad annos diſcretō
nis aduenerit: ſctō tibi animo
corpeq; deſeruiat. Qui viuis.
Poſtea benedicat puerum vel
puellā offerendo ſeū vel eā ſup
altari ac dicendo Cōfirma deꝰ
in puero ſiue puella quod i eo
operare cepiſti a templo ſctō
tuo: deducat eum ſpiritus tuus
bonus in terram rectam: et bn̄
✠ dictio tua ſit ſuper eū ſemp

Deinde reddat illū vel illā pa-
rentib⁹: ⁊ cōuersus ad oīs cir-
cumstātes dicat. Bene✠dicat
vos diuina maiestas pat̄r ⁊ fili⁹
⁊ spūssctūs. ℟. Amē. Ad exu-
endū puerū siue puellam post
annū: cū portauerit habitū ꝑ
voto seu ꝑ deuotione. ℣. Adiu
toriū nostrū. ℟. Qui fe. ℣. Dn̄e
exaudi orationē meam. ℟. Et
clamor me⁹ ad te vēiat. ℣. Dn̄s
vobiscū. ℟. Et cū spi. Oratio.
Domine sancte pater oīs
eterne de⁹ a quo descendit
oē bonū ⁊ oē donū: tibi grās
referimus ⁊ expleta vota red-
dimus: suscipe vota nostra cū
actionib⁹ gratiarū: ⁊ intercedē-
te beatissima ỽgine maria san
ctoꝗ. N. huic īfanti siue puel-
le de cetero ꝑsta salutē mentis
et corporis: vt te creatorem re-
cta fide colat: in te redemptore
spem suam confirmet: teqꝫ sum
mum bonum sup omnia dili-
gat: atqꝫ sanctis mandatis tuis
semper obediat. Per dominū
Deinde illū habitū exuendo
dicat añ. Reddite vota vestra
deo cū actionibus gratiarum
ps. Laudate dn̄m omnes gētes
totū. Glia. Deinde ponat ha-
bitū sup altari ⁊ dicat. ℣. Dn̄e
exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dominus
vobiscū. ℟. Et cum spi. Oro.
Suscipe sancte pater om-
nipotēs eterne de⁹ vota ꝑ
cesꝗ supplicū ⁊ per intercessio
nem beatissime virginis marie
sanctiꝗ. N. ꝑsta nobis ita be-
neficia cognoscere: vt in gratia
rum actione semper maneam⁹.
Per dn̄m. Postea se vertat ad
circūstantes eos benedicendo
dicat. ℣. Benedicat vos diui-
na maiestas pa✠ter ⁊ fi✠li⁹
⁊ spiri✠tussanctus. ℟. Amē.
Benedictio agni in pascha. ℣.
Adiutoriū nostrū in noīe do-
mini. ℟. Qui fecit celū ⁊ terrā.
℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spi.
Et dicat añ oīs benedictōes.
Deus q̄ ꝑ famulū Oro.
tuū moysen in liberatiōe
ppli tui de egypto agnū occidi
iussisti in similitudinē dn̄i nr̄i
ihu xp̄i ⁊ vtrosqꝫ postes domo
rum de sanguine hui⁹ agni per
ungi ꝑcepisti: ita bene✠dice-
re ⁊ scti✠ficare digneris hāc
creaturā carnis quā nos famu
li tui ad laudē tuā sumere desi
deram⁹ ꝑ resurrectionē dn̄i nr̄i
iesu xp̄i. Qui tecū viuit ⁊ reg.
Bn̄dictō carniū ouiū vł auiū.
Dignare dn̄e de⁹ oīs Oro.
bn̄✠dicere ⁊ scti✠fica-
re has ouiū siue auiū carnes: vt

quicũq ex pplis tuis fideliter de eis comederit: oĩ bñdictiõe cũ grã ſaturari repleãtur bonis. Qui tecũ viuit et regnat. Benedictio caſei et ouorũ. ℣. Adiutoriũ nr̃m in. vt. s. Orõ.

DEus creator ⁊ cõſeruator generis hũani: dator gratie ſpiritualis largitor eterne ſalutis dñe effunde bñ ✠ dictionem tuã ſup hãc creaturã caſei et ouorũ vt armata celeſti defenſione q̃cunq ex eis guſtauerit ſibi pficiat ad eternã ſalutẽ. Per dñm nr̃m ieſuz. Bñdictio panis. ℣. Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui fe. vt. s. orõ.

DOmine ſctẽ pater oĩps eterne deus bñ ✠ dicere digneris hũc panẽ tua ſctã ſpũali bñdictione: vt ſit oĩb' ſumẽtib' ſalus mẽtis ⁊ corpis: atq cõtra oĩs morbos ⁊ vniuerſas inimicorũ inſidias tutamẽ: per dñm noſtrum ieſuz xp̃m filium tuũ panem q̃ de celo deſcendit: ⁊ dat vitã et ſalutem mũdo ⁊ tecum viuit ⁊ regnat de' per oĩa ſecl'a ſeculoruz. ℟. Amẽ. Bñdictio loci vel domus. Oratio.

BEne ✠ dic dñe deus oĩps locũ iſtũ vel domũ iſtã: vt ſit in eo vel in ea ſanitas: caſtitas: victoria. virtus: humilitas: bonitas: ⁊ mãſuetudo: plenitudo legis: ⁊ gratiarũ actio deo patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto et hec bñdictio maneat ſup hunc locũ vel ſup hanc domũ ⁊ ſup habitãtes in eo vel in ea. Per xp̃m dñz noſtrũ. Bñdictio ad quecunq volueris. Oratio.

BEne ✠ dic dñe creaturã iſtam. N. vel. N. vt ſit remediũ ſalutare generi hũano: ⁊ p̃ſta per inuocationẽ tui ſctĩ noĩs: vt quicũq ex ea ſumpſerint: vel guſtauerit: corpis ſanitatem ⁊ aĩe tutelã accipiãt. per. Bñdictõ nouorũ fructuũ. orõ.

BEne ✠ dic dñe hunc fructum nouũ arborũ: vt hi qui vtũtur eo ſint mente ⁊ corpore ſanitati reſtituti. Per. Bñdictio vue vel ficuũ. Orõ.

BEne ✠ dic dñe hos fructus nouos vue ſiue ficuũ que tu dñe p rorẽ celi ⁊ inundãciaz pluuiarũ ⁊ tp̃a ſerena atq trãquilla ad maturitatẽ pducere dignat' es: ad pcipiendũ nobiſcũ gratiarũ actionẽ. Benedictio ouoruz. Oratio.

SUbueniat q̃s dñe tue benedictiõis grã huic ouorũ creature: de q̃ pullos gallinarũ procreare dignat' es: vt cibus ſalubris fiat fidelib' tuis in tuaruz

gratiarū actione ſumentibus.
Per xp̄m dn̄m nr̄m. ¶ Incipit
ordo ad faciēdā aquā bn̄dictā.
Dn̄ica prima aduētus ⁊ oib⁹
dn̄icis per annū pulſato ſigno
ad tertiā hebdomadari⁹ intret
ſacriſtiā ⁊ dum miſtri p̄parant
ſe: ſtolā apponēs circa collū fa-
ciat aquā bn̄dictaz dicendo. ℣.
Adiutoriū nr̄m in noīe dn̄i. ℟.
Qui fecit celū ⁊ trā. Deīde in
cipiat exorciſmū ſalis abſolute
EXorcizo te creatura ſalis:
p deū ✠ viuū p deuz ✠
verū p deū ✠ ſanctū: p deū q̄
te p heliſeum ꝓphetā in aquā
mitti iuſſit: vt ſanaret̄ ſterili-
tas aque: vt efficiaris ſal exorci
zatū in ſalutē credētiū: vt ſis oī
bus te ſumentib⁹ ſanitas aīe ⁊
corpis: ⁊ effugiat atq̧ diſcedat
ab eo loco ī quo aſpſuz fueris
oīs fantaſia ⁊ neq̄tia vel verſu
tia dyabolice fraudis: omniſq̧
ſp̄us īmundus adiurat⁹: p eū q̄
vētur⁹ eſt iudicare viuos ⁊ mor
tuos ⁊ ſeclm p ignez. ℟. Amē.
IMmēſaz clementiā Orō.
tuā ops etne deus humilit
īplorām⁹ vt hanc creaturā ſalis
quā in vſuz generis hūani tri-
buiſti: bene ✠ dicere et ſcti ✠
ficare tua pietate digneris: vt
ſit oīb⁹ ſumētib⁹ ſalus mētis et
corpis: ⁊ quicq̄d ex eo tactū vl̄
reſperſuz fuerit careat oī imū-
dicia oīq̧ impugnatōe ſp̄ualis
neq̄tie. Per dn̄m noſtrū ieſum
xp̄m filiū tuū. Qui tecū vi. ⁊c.
Exorciſm⁹ aq̄ ⁊ dicat̄ abſolute
EXorcizo te creatura aque
in noīe ✠ dei p̄ris omni
potētis ⁊ in noīe ✠ ieſu xp̄i fi
lij ei⁹ dn̄i nr̄i: ⁊ in v̄tute ſp̄ūs ✠
ſancti: vt fias aqua exorcizata
ad effugādā oēm poteſtatem
inimici: ⁊ ipm inimicū eradica
re ⁊ explantare valeas cū ange
lis ſui apoſtaticis: p virtutē eiuſ
dem dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: qui vētu-
rus ē iudicare viuoſ ⁊ mortuos
et ſeculū p ignē. ℟. Amē. Orō
DEus qui ad ſalutē huma
ni generis maxima queq̧
ſacramēta in aq̄rū ſubſtātia cō
didiſti: adeſto ꝓpiti⁹ inuocatio
nibus nr̄is ⁊ elemento huic ml̄
timodis purificationib⁹ p̄para
to virtutez tue bn̄ ✠ dictionis
infunde: vt creatura tua myſte
rijs tuis ſuiēs ad abijciendos
demones: morboſq̧ pellendos
diuine gratie ſumat effectū: vt
quicquid in domib⁹ vel in locis
fidelium hec vnda reſperſerit:
careat omni immūditia: libere
tur a noxa: nō illic reſideat ſpi
ritus peſtilēs: nō aura corrum

pens: diſcedāt inſidie oēs latē-
tis inimici: ⁊ ſi q̄d eſt quod aut
incolumitati hītantiū inuidet
aut quieti: aſpſione hui⁹ aque
effugiat: vt ſalubritas per inuo
catione ſancti tui nois expeti-
ta: ab omnibus impugnationi
bus ſit defenſa. Per dominū
nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui
tecū viuit et reg. ꝛc. ℟. Amen.
Dimittat̄ ſal in aqua in mo-
dum crucis dicendo ſemel.

COmmixtio ſalis et aque
pariter fiat in noie pa ✠
tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ ſpiritus ✠ ſcti.
℟. Amē. ℣. Domin⁹ vobiſcū.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oro.

DEus inuicte virtutis au-
ctor ⁊ īſuperabilis īperij
rex ac ſp magnificus triūpha-
tor qui aduerſe dominationis
vires reprimis: q̄ inimici rugi-
entis ſeuitiā ſupas: q̄ hoſtiles
nequitias potēter expugnas: te
dn̄e tremētes ⁊ ſupplices dep-
camur ac petim⁹: vt hanc crea-
turā ſalis ⁊ aque dignāter aſpi
cias: benign⁹ illu ✠ ſtres: pieta
tis tue more ſcti ✠ fices: vt vbi
cū ✠ q̄ fuerit aſpſa p inuoca
tionē ſcti tui nois oīs īfeſtatio
inmūdi ſpūs abijciat̄: terror-
q̄ venenoſi ſerpentis pcul pel-
latur: et p̄ſentia ſctiſpūs nobis
miaꝫ tuā poſcentib⁹ vbiq̄ adeſ
ſe dignetur. Per dn̄m. in vni.
eiuſdē. per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. ℟.
Amen. Finita tertia a ſacerdo
te celebraturo miſſaꝫ aſpgatur
aq̄ bñdicta altare maius tn̄ ge
nibus corā altari flexis et ſtatī
a cātore īcipiat̄ añ. Aſpges me
dn̄e hyſopo ⁊ mundabor laua
bis me ⁊ ſup niuē dealbabor.
ps. Miſerere mei de⁹ ſm ma-
gnā miſericordiā tuā. ℣. Glia
patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſctō. Sic
erat in principo ⁊ nūc ⁊ ſp: ⁊ in
ſecl'a ſecl'oꝝ amē. Et repetit̄ añ
Aſpges me. Supradicta añ.
p̄dicto modo dicat̄ i aſpſione
aq̄ bñdicte in dn̄icis p totū an-
num: excepto q̄ in dn̄ica ī paſſi
one ⁊ dn̄ica palmarū nō dicat̄
Glia patri. ſed poſt pſalmum
Miſerere mei. repetat̄ imedia
te añ. Aſpges me. Excepto tpe
paſchali ſcꝫ a dn̄ica paſche vſq̄
ad pēthecoſtes quo tpe cantat̄
cōiter añ. Uidi aquā egredien
tem de templo a latere dextro
alleluya: ⁊ omnes ad quos p
uenit aqua iſta ſalui facti ſunt
et dicent alleluya alleluya. ps.
Cōfitemini dn̄o q̄m bon⁹: q̄m
in ſeculū mia eius. ℣. Glia pri
⁊ filio ⁊ ſpūiſctō. Sicut erat in
principio ⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in

ſecula ſeculorū. Amē. Repeta
tur añ. Uidi aquam egredien.
In octaua ḋo pēthe. reſumit.
Aſperges me. Finitis āṫiphoꝛ
nis ſupradicto modo: ſacerdos
q̄ aſpſit aquā ante gradus alta
ris ſtans dicat. ℣. Oſtende no
bis dñe miſericordiā tuā. Et ad
ditur allīa tpe paſchali. ℟. Et
ſalutare tuū da nobis. ℣. Dñe
exaudi orationē meam. ℟. Et
clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dñs
vobiſcū. ℟. Et cum. Oratio.

Exaudi nos dñe ſctē pater
oīps eterne deꝰ: ⁊ mittere
digneris ſanctū angelū tuū de
celis qui cuſtodiat: foueat pro-
tegat viſitet atq̧ defendat oēs
habitātes in hoc habitaculo. p
xpm dominū noſtrum. Amē.

Miſſa pro vitāda mortalitate
quaz dominus clemens papa
ſextus fecit ⁊ conſtituit ſeruato
ordine infra notato: ⁊ conceſſit
oībus predictā miſſam audien
tibus. cclx. dies indulgētie. Et
oēs audiētes hanc miſſam de
bent portare in manu ſua cāde
lam ardentē p quinq̧ dies qui
bus debet miſſa celebrari. Et
debēt p totā miſſaz ſtare flexis
genibus. Introitus.

Recordare dñe teſtamē
ti tui ⁊ dic angelo per
cutienti: ceſſet iam manus tua
et nō deſolet terra: et ne pdas
oēm animā viuētem. Ps. Qui
regis iſrael intende: qui dedu-
cis velut ouem ioſeph. ℣. Glo
ria patri ⁊ filio. Oratio

Deus q̄ nō mortē ſed peni
tentiā deſideras peccatorꝫ
populū tuū q̄s ad te cōuerte p
pitius vt duz tibi deuotus exi
ſtit iracūdie tue ab eo flagella
amoueas. p do. Lect. libri regū

In dieb illis. Immiſit do-
minus peſtilētiā in iſrael de
mane vſq̧ ad tempus ꝯſtitutū
et mortui ſunt ex pplo a dan
vſq̧ berſabee ſeptuagintaquat
tuor millia virorū. Cumq̧ extē
diſſet manū ſuam angelus dñi
ſup hieruſalē vt diſperderet eā
miſertus eſt dñs ſup afflictio-
nem populi ſui: ⁊ ait angelo p
cutienti. Sufficit: nunc contine
manū tuam. Erat autē angelꝰ
domini iuxta aream areune
iebuſei. Dixitq̧ dauid ad do-
minum: cum vidiſſet angelum
cedentē populū. Ego ſum qui
peccaui: ego qui inique egi: iſti
qui oues ſunt quid fecerunt?
Obſecro dñe vertat ira tua cō
tra me ⁊ ꝯtra domū pr̄is mei.
Uenit eñ gad ꝑpheta ad dd
in die illa ⁊ dixit ei. Aſcēde et

conſtitue altare domino ĩ area areune iebuzei. Et aſcẽdit dauid iuxta ſermonẽ gad quem pceperat ei dominus: ⁊ propitiatus eſt dñs terre: et cohibita eſt plaga ab iſrael. Grad. Miſit dominus verbũ ſuũ ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de morte eorum. ℣. Confiteant dño miſericordie eius et mirabilia ei⁹ filijs hoim. Alleluya. ℣. Saluabo poplm meũ iſrael in die malo: ⁊ ero eis in deũ in veritate ⁊ in iuſtitia. Scdm Lucam.

IN illo tempe. Surgẽs ihs de ſynagoga. Requre ſupra ria qnta poſt tertiã dominicã i quadrageſima. Offert. Stetit põtifex inter mortuos ⁊ viuos habens thuribulũ aureum in manu ſua ⁊ offerẽs incẽſi ſacrificium placauit iraz dei ⁊ ceſſauit quaſſatio a dño. Secreta.

SUbueniat nobis domie ſacrificij pſentis oblatio: que nos ab errorib⁹ vniuerſis potẽter abſoluat: ⁊ a totius eripiat pditionis incurſu. p. Prefatio de natiuitate dñi. Cõio.

Multitudo languentium ⁊ q vexabant a ſpiritibus immũdis veniebant ad euz: quia virtus de illo exibat et ſanabat omnes. Poſt communionẽ.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: ⁊ intcedente beata dei genitrice ſemp vgie maria cum oĩbus ſanctis pplm tuum ab iracũdie tue terroribus liberũ: ⁊ miſericordie tue fac largitate ſecurũ. Per eundẽ. Expleta miſſa ⁊ dicto euãgelio ſci iohãnis dicunt ifraſcripte orationes. ℣. Dñe exaudi orõnem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Domin⁹ vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio

IEſu nazarene reſpice tribulationes que circundederũt nos vndiqz et deprecor te toto corde contrito et humili ac in ſpiritu humilitatis: vt exaudias me de tribulatione propter quam te inuoco et ad te proclamabo alpha ⁊ o ieſu chriſte benedicte pater omniũ credẽtiuz atqz omniũ creaturarũ: et ſicut veram carnem de beata virgine maria ſuſcepiſti: ita veraciter accipiamus quod a te petimus. ℟. Amen. Alia oratio.

OMnipotẽs ⁊ miſericors deus reſpice propitius ſuper populuz maieſtati tue ſubiectum: et ne nos furor ſeruiẽs inueniat: dextera tue ppitiationis preueniat. Per dominum noſtrum ieſum.

## Sequētia in miſſa p̄ mortuis.

Dies ire dies illa
Soluet ſeclum in fauilla
Teſte dauid cum ſibilla
Quātus tremor eſt futurus
Quando iudex eſt venturus
Cuncta ſtricte diſcuſſurus
Tuba mirum ſparget ſonum
Per ſepulchra regionum
Coget omnes ante thronuz
Mors ſtupebit ⁊ natura
Cum reſurget creatura
Judicanti reſponſura
Liber ſcriptus proferetur
In quo totum continetur
Unde mundus iudicetur
Judex ergo cum cenſebit
Quicquid latet apparebit
Nil inultum remanebit
Quid ſuz miſer tunc dicturus
Quem patronuz rogaturus
Dum vix iuſtus ſit ſecurus
Rex tremende maieſtatis
Qui ſaluādos ſaluas gratis
Salue me fons pietatis
Recordare ieſu pie
Quod ſum cauſa tue vie
Ne me perdas illa die
Querens me ſediſti laſſus
Redemiſti crucem paſſus
Tantus labor nō ſit caſſus
Judex iuſte vltionis
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis
Ingemiſco tanq̄ reus
Culpa rubet vultus meus
Supplicanti parce deus
Qui mariam abſoluiſti
Et latronem exaudiſti
Mihi quoq; ſpem dediſti
Preces mee nō ſunt digne
Sed tu bone fac benigne
Ne perēni cremer igne
Inter oues locum preſta
Et ab hedis me ſequeſtra
Statuens in parte dextra
Confutatis maledictis
Flammis acribus abditis
Voca me cum benedictis
Oro ſupplex et acclinis
Cor contritum quaſi cinis
Gere curam mei finis
Lachrymoſa dies illa
Qua reſurget ex fauilla
Judicandus homo reus
Huic ergo parce deus
Pie ieſu dn̄e dona eis requiē

¶ Incipit ordo ad cathecumi-
nū faciendū ſm cōſuetudinem
romane curie. Stās igit in ec
cleſie limine ſacerdos interro-
gat catheſizanduȝ ſtantem ad
fores eccleſie dicēs vt ſequitur.

Quid vocaris. ℟. N. Interroget. Quid petis ab
eccliā dei. ℟. Fidē. Interroget.
Fides q̄d tibi preſtat. ℟. Uita
eternam. Poſtea dicit. Si vis
hr̄e vitā eternā ſerua mandata
Diliges dn̄m deū tuū ex toto
corde tuo ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ꝓ
ximū ſicut teipm̄. In his duo-
bus mādatis tota lex pendet ⁊
ꝓphete. Fides aūt eſt vt vnuȝ
deū in trinitate ⁊ trinitateȝ in
vnitate veneretis. Neq̄ cōfun
dēdo pſonas neq̄ ſubſtantiam
ſeparādo. Alia eīn eſt perſona
patris: alia filij: alia ſpūſſancti
Sed hoꝝ triū vna eſt diuinitas
Exeat ergo de te ſpirit⁹ mali-
gnus: ⁊ ingrediat ſpūs bonus
ꝑ eū q̄ vēturus eſt iudicare viuos
⁊ mortuos ⁊ ſeculū per ignem.
℟. Amen. Nūc dicit ſacerdos iterū.
Exi ab eo immūde ſpūs
et da locū ſpūiſctō paraclyto.

Hic in moduȝ crucis inſufflet.
in faciē catheſizandi ⁊ dicat ei.
N. accipe ſpm̄ſanctū per iſtaȝ
inſufflationē ⁊ dei bn̄dictionē.

℣. Pax tibi. ℟. Et cuȝ ſpū tuo
Deinde faciat ei crucē in fronte
dicēdo. N. Signū ſaluatoris
dn̄i nr̄i ieſu xp̄i in frōte tuo po
no. Item in fronte ⁊ corde. N.
accipe ſignū crucis tā in frōte
q̄ȝ in corde ſummā ſcilicȝ fidei
celeſtium p̄ceptoꝝ. Talis eſto
moribus vt templū dei iaȝ eſſe
poſſis: ingreſſuſq̄ eccleſiaȝ dei
euaſiſſe te laqueos mortis let⁹
agnoſce. Horreſce ydola: re-
ſpue ſimulachra: cole deum pa
trem omīpotentē et ieſuȝ xp̄m
filium eius vnicū dn̄m noſtrū.
Qui vēturus ē iudicare viuos
et mortuos ⁊ ſeculū per ignem
℟. Amen. Oremus. Oratio.
Preces nr̄as q̄s dn̄e clemē
ter exaudi: ⁊ hūc electū tu
uȝ crucis dn̄ice cui⁹ eū impſſio
ne ſigna ✠ mus ꝟtute cuſtodi:
vt magnitudinis gl̄ie tue rudi-
mēta ſuās ꝑ cuſtodiā mādato
rum tuoꝝ ad regnatōis gl̄iam
ꝑuenire mereat. Per eūdē do.
℟. Amen. Oremus. Oratio.
Deus qui humani gene-
ris ita es cōditor vt ſis etiam
reformator: ꝓpitiare populis
adoptionis: ⁊ nouo teſtamen-
to ſobolē noue prolis aſcribe:
vt filij ꝓmiſſionis quod nō po
tuerunt aſſequi ꝑ naturā gau-

deant se recepisse p gr̃am. Per
xp̃m dñm nostrum. ℟. Amen.
Oremꝰ. Hic imponat manū
sup caput eius ⁊ dicat. Oratio
O Mp̄s sempiterne deꝰ: pr̄
dñi nr̄i iesu xp̄i respicere
dignare sup hūc famulū tuum
quē ad rudimēta fidei vocare
dignatꝰ es: oēm cecitatē cordis
ab eo repelle: disrūpe oēs laq̄-
os sathane: q̄bꝰ fuerat obligatꝰ
aperi ei dñe ianuā pietat̄ tue:
vt sale sapīe tue imbutus oīm
cupiditatū fetoribus careat: et
suauē odorē p̄ceptoꝝ tuoꝝ in
ecclesia tua letus sentiat. Tibi
deseruiat ⁊ pficiat de die ī diē
vt idoneꝰ efficiat̄ accedere ad
gr̃am baptismi tui p eū q̄ vētu
rus ē iudicare viuos ⁊ mortuos
et seculū p ignē. Amen. Bene
dictio salis. Bene ✠ dic op̄s
deus hanc creaturā salis bñdi-
✠ ctione celesti ad effugandū
inimicū quod tu dñe scti ✠ fi-
cando sctifices: benedi ✠ cēdo
bñdicas: fiatq3 oībꝰ accipiētibꝰ
pfecta medicina pmanēs in vi
sceribꝰ eoꝝ ī noīe dñi nr̄i iesu
xp̄i: q̄ vēturꝰ est iudicare viuos
et mortuos ⁊ seculū per ignē.
Tūc accipit d̄ ipo sale ⁊ ponit
ī ore infant̄ dicēs N. accipe sal
sapīe vt ppitiatio sit tibi in vi
tam eternā. ℣. Pax tibi. ℟. Et
cum spū tuo. Oremus. Oro.
D Eus patrū nostroꝝ deus
vniuerse cōditor veritat̄:
te supplices exoramus: vt hūc
famulū tuū respicere digneris
ppitius ⁊ eum primū pabulū
salis gustantē nō diutius esuri
re pmittas quo minus cibo ex
pleat̄ celesti: q̄tenꝰ sit semp dñe
spū feruēs: spe gaudēs: tuo sp
nōi seruiēs: pduc eū dñe q̄s ad
noue regñationis lauachrū vt
cum fidelibus tuis pmissionū
tuarū eterna premia consequi
mereat̄. Per xp̃m dñm nostrū
℟. Amen. Oremus. Oratio.
D Eus abrahā: deus ysaac
deus iacob: deus q̄ moy-
si famlo tuo in mōte synai ap-
paruisti: ⁊ filios israel de terra
egypti eduxisti: deputās eis ā-
gelū pietat̄ tue qui custodiret
eos die ac nocte: quesumus vt
mittere digneris sanctū ange-
lum tuū qui similiter custodi
at et hunc famulum tuum ⁊ p-
ducat eum ad gratiā baptismi
tui. Per christum. ℟. Amen.
E Rgo maledicte dyabole
recognosce sententiā tuā:
et da honorē deo viuo ⁊ vero:
da honorē iesu xp̄o filio eius
et spūiscto: vt exeas et recedas

ab hoc famulo dei: qꝛ ita eum
ſibi dñs noſter ieſus xp̄s ad ſu
am ſanctã grãm ꝛ benedictio-
nem fonteq̄ꝫ baptiſmatis vo-
care dignatus eſt: ꝑ hoc ſignū
ſctē cru✠cis quod nos in frō-
te eius dam⁹ tu maledicte dya
bole nūq̄ audeas violare: per
eum qui venturus eſt iudicare
viuos ꝛc. ℟. Amen. Sup ma
ſculū. Oro. Deus abrahã: de⁹
yſaac: deus iacob ꝛc. Require
ipam ſupra. Sequit̄ oratio.
AUdi maledicte ſathana
adiurat⁹ ꝑ nomē dei eter-
ni cum tua victus inuidia tre-
mēs gemēſq̄ꝫ diſcede: nihilq̄ꝫ
tibi ſit cōmune cum ſeruo dei
iam celeſtia cogitāte renūtiatu
ro tibi ꝛ ſeculo tuo: ꝛ beata im
moꝛtalitate victuro. Da igitur
honoꝛē aduenieti ſpūiſancto
qui ex ſumma celi arce deſcen-
dens ꝑturbatis fraudibus tuis
diuino fonte purgata pectoꝛa
vel ſctificata coꝛda deo templū
et habitaculū ꝑficiat: ꝛ ab om
nibus penitus noxijs ꝑteritoꝝ
criminū liberat⁹ dei ſuus grãs
ꝑenni deo referat ſemꝑ ꝛ bene
dicat nomē ei⁹ i ſecl'a ſecl'oꝝ. ℟
Amē Sup maſculū exoꝛciſm⁹
EXoꝛcizo te imunde ſpūs
i noīe pa✠tris ꝛ fi✠lij
et ſpūs✠ ſancti vt exeas ꝛ rece
das ab hoc famulo dei. Ipſe ei
tibi imperat maledicte dãnate
qui fixis pedib⁹ ſuꝑ mare am-
bulauit: ꝛ petro mergēti dexte
raꝫ poꝛrexit. Ergo maledicte.
Reqre. ſ. Sup feminã. Oro
DEus celi: deus terre: de⁹
angeloꝝ: deus propheta
rum: deus martyrū: deus oīm
bene viuentiū: deus cui omnis
lingua confitet̄ celeſtiū terre-
ſtriū ꝛ infernoꝝ: te inuoco do-
mine: vt hanc famulam tuaꝫ ꝑ
ducere ꝛ cuſtodire digneris ad
grãm baptiſmi tui. Ergo ma-
ledicte. Reqre ſupra. Super
feminã. Oremus. Oratio.
DEus abrahã: deus yſaac
deus iacob: deus q̄ trib⁹
iſrael monuiſti ꝛ ſuſannaꝫ de
falſo crimine liberaſti: te ſup-
plex depcoꝛ dñe vt liberes hãc
famulã tuã: ꝛ perducere eã di-
gneris ad grãm baptiſmi tui.
Ergo maledicte. vt ſupra. Ex-
oꝛciſmus ſuper feminam
EXoꝛcizo te imunde ſpūs
per pa✠trem et fi✠lium et
ſpiri✠tumſanctū: vt exeas ꝛ re
cedas ab hac famula dei. Ipſe
enī tibi imperat maledicte dã-
nate q̄ ceco nato oculos apuit
et quatriduanū lazarū de mo-

numēto ſuſcitauit. Regre vn-
de ſupra. Vis patris ducat eū
vel eam in eccleſiā dicēdo. In
gredere in ſanctā eccleſiam dei
vt accipias benedictionem ce-
leſtem a domino ieſu chriſto.
Tūc patrinus vel patrina im-
ponit eū ſub palliamēto ꝛ dicat
Pater noſter. Credo in deū
Que regre ſup. Poſtea eleua
tus legit euāgeliū ſm matth.

In illo tpe. Oblati ſunt ie-
ſu paruuli vt manus eius i-
poneret et curaret. Diſcipuli
autem increpabant eos. Jeſus
aūt dixit eis. Sinite paruulos
et nolite prohibere eos ad me
venire: talium enim eſt regnuꝫ
celoꝝ. Et cum impoſuiſſet eis
manus abijt ide. Poſtea ſacer-
dos tenens manū ſuper caput
infantis dicat prout ſequitur.

Nec te lateat ſathana im-
minere tibi penas: immi-
nere gehennā: iminere tibi diē
iudicij: diē qui vēturus eſt ve-
lut clibanus ardens in quo ti-
bi atq; vniuerſis angelis ſuis
eternus tibi veniet interitus.
Quapropter dyabole da ho-
norē deo viuo ꝛ vō ꝛ ieſu xpo
filio eius. In cuius nomīe atq;
virtute adiuro te q̄cunq; es im
mūde ſpiritus vt exeas ab eo:

fiatq; vas mundū ad superue-
nientem ſanitatē in ſpm̄ ſanctū
Sitq; etiam templuꝫ dei viui:
quem deus et dominus noſter
ad ſuam gr̄am vocare dignat'
es. Qui cuꝫ patre ꝛ ſpū ſancto
viuit ꝛ regnat in ſecula ſecloꝝ.
℟. Amen. Poſtea tagat ei na-
res et aures cū ſuo ſputo dicēs

Effeta: quod eſt adaperire na
res et aures in odorem ſuaui-
tatis: tu auteꝫ effugare dyabo
le: appropinquabit enim iudi
cium dei. Benedictio fontis.

Exaudi nos omnipotens
deus: ꝛ ī huius aque ſub-
ſtantiam tuā immiſce virtutē:
vt abluendi per eam ꝛ ſanitatē
ſimul et vitā mereant eternaꝫ.
Per chriſtuꝫ ꝛc. Exorciſmus.

Exorcizo te creatura aque
in noīe dei pa ✠ tris om-
nipotētis: ꝛ in noīe ie ✠ ſu xpi
filij eius: ꝛ in virtute ſpūs ✠ ſci
Exorcizo te oīs v̄tus dyaboli
vt omnis fantaſia eradicetur ꝛ
effuget ab hac creatura aque:
vt fiat fons aque ſaliētis ī vitā
eternā: vt qui ex ea baptizatus
fuerit: fiat tēplū dei viui et ſpi-
rituſſanctus habitet in eo in re
miſſionem peccatoꝝ. In noīe
dn̄i noſtri ieſu chriſti qui vētu-
rus eſt iudicare viuos ꝛ mortu

os ꝛ seculū per ignē. ℟. Amē.
Nūc accipiat sacerdos ampu
lā olei chꝛysmatis: ꝛ fundat de
ipso in aquā i modū cru✠cis
sic dicens Sanctificet ꝛ fecun
det fons iste in noīe pa✠tris
et fi✠lij et spū✠sancti. Amē
Postea misceat ipm chꝛysma
cum eadē aqua per totū fontē
Deinde interroget puerum de
nomine eius dicēs N. abꝛenū
tias sathane. ℟. Abꝛenūtio. In
terroget Et oībus pōpis eius
℟. Abꝛenūtio. Interroget Et
omibus operibus eius. ℟. Ab
renūtio. Deinde faciat ei cruce
in pectoꝛe et inter ſcapulas de
oleo paruuloꝝ dicēs Et ego
te linio oleo ſalutis in chꝛiſto
ieſu dño: vt habeas vitā eternā
℟. Amen. Poſtea interrogat
de noīe eius dicēs N. Credis
in deū patrē omīpotentē crea
toꝛem celi et terre. ℟. Credo.
Interrogat iterū Credis et in
ieſum xp̄m filiū eius vnicū do
minū noſtrū natum ꝛ paſſuz?
℟. Credo. In. tertio. Credis ꝛ
in ſpm̄ ſanctū ſanctā eccleſiā ca
tholicā ſctōꝝ cōionē remiſſio-
nem pctōꝝ carnis reſurrectio-
nē vitā eternā. Amē. ℟. Credo
Interrogat. An vis baptizari
℟. Volo. Tūc baptizat eum
ſub trina merſione ſanctā trini
tatē ſemel inuocādo ſic dicens
N. Et ego te baptizo in noīe
pr̄is. Et mergat ſemel Et filij.
Et mergat ſecūdo. Et ſpūſcti.
et mergat tertio. Poſtea ſacer
dos faciat ei crucē de chꝛyſma
te cū pollice in vertice infantis
dicēdo. Deus oṗs pater
dñi noſtri ieſu xp̄i qui te
regenerauit ex aqua ꝛ ſpūſctō
quiq; dedit tibi remiſſionē oīz
peccatoꝝ ipe te liniat chꝛyſma
te ſalutis in vitā eternā Amē.
Deinde tradat ei veſte dicēdo
Accipe veſtē candidā ꝛ imma-
culatā quā pferas añ tribunal
dñi nr̄i ieſu xp̄i et habeas vitā
eternā. amē. Poſt hec oīa det i
manu ei' candelā accēſaz dicēs
Accipe lampadē irrep̄hēſibilē
cuſtodi baptiſmū tuū: vt cū do
min' venerit ad nuptias poſſis
occurrere in aula iuſtitie celeſti
Amen. In feſto ſancti bonaue
ture doctoꝛis ſeraphici Intro.
In medio eccl̄ie ape-
ruit os ei' ꝛ ipleuit eū
dñs ſpū ſapie ꝛ itelle
ct' ſtolā gl̄ie iduit eū. ps. Bonū
eſt confiteri dño: ꝛ pſallere nōi
tuo altiſſime. ℣. Gl̄ia. Oratio
Deus qui beatuz bonauē
turam confeſſoꝛem tuum

atqꝫ pontificē vera in ſummis
honorib⁹ humilitate decoraſti:
te ſupplices dep̄camur: vt eius
nobis interceſſione cōcedas ꝓ-
ſpera mūdi deſpicere: ⁊ ad eter
na premia ꝑuenire. Per dn̄m.
Lectio epiſtole btī pauli apo-
ſtoli. Ad timotheum .ij. iiij. ca.
Chariſſime. Teſtificor co-
ram deo ⁊ xp̄o ieſu qui iu
dicaturus eſt viuos ⁊ mortuos
⁊ aduentū ipſius ⁊ regnū eius.
Predica verbū: inſta oportune
importune. Argue obſecra in-
crepa: in omni patiētia et do-
ctrina. Erit enī teēpus cū ſanā
doctrinā nō ſubſtinebūt: ſꝫ ad
ſua deſideria coaceruabūt ſibi
magiſtros pruriētes auribus.
Et a veritate q̄dē auditū auer
tent: ad fabulas aūt cōuertētur
Tu vero vigila: in oībus labo
ra: opus fac euāgeliſte: miniſte
rium tuū imple: ſobrius eſto.
Ego enī iam delibor: ⁊ tēpus
mee reſolutōis inſtat. Bonuꝫ
certamē certaui: curſum cōſum
maui: fidē ſeruaui. In reliquo
repoſita ē mihi corona iuſtitie
quā reddet mihi dn̄s ī illa die
iuſtus iudex. Nō ſolū autē mi-
hi: ſed et his q̄ diligunt aduen-
tum ei⁹. Grad. Ecce ſacerdos
magnus q̄ in dieb⁹ ſuis placuit
deo. ℣. Nō eſt inuētus ſimilis
illi qui cōſeruaret legē excelſi.
Alla. ℣. O p̄ſul digniſſime bo
nauentura doctor inclyte audi
ſ̄uulos tuos tue laudi ſedulos
vt poſſideāt gaudia beatoꝝ ꝑ-
enniter in patria tecuꝫ. Scdm
mattheū .v. ca.
In illo tp̄e.
Dixit ieſus diſcipulis ſuis.
Vos eſtis ſal t̄re. Quod ſi ſal
euanuerit in quo ſalietur: ad
nihilum valet vltra: niſi vt mit
tatur foras ⁊ cōculcet̄ ab homi
nibus. Vos eſtis lux mundi.
Nō poteſt ciuitas abſcōdi ſu-
pra mōtē poſita: neqꝫ accendūt
lucernā ⁊ ponūt eā ſub modio
ſed ſuper candelabrū vt luceat
oībus q̄ in domo ſunt. Sic lu
ceat lux veſtra coraꝫ homībus
vt videāt opera veſtra bona et
glorificēt patrē veſtrum qui in
celis eſt. Nolite putare q̄m ve
ni ſoluere legem aut ꝓphetas.
Nō enī veni ſoluere legē ſꝫ ad
implere. Amē quippe dico vo
bis donec tranſeat celū ⁊ terra
iotha vnū aut vnus apex non
preteribit a lege donec oīa fiāt
Qui ergo ſoluerit vnū de mā
datis iſtis minimis ⁊ docuerit
ſic homines: minim⁹ vocabitur
in regno celorū. Qui autē fece
rit ⁊ docuerit: hic magnus vo-

cabitur in regno celoꝝ. Offer.
Ueritas mea ꝛ mĩa mea cum
ipſo ꝛ in noĩe meo exaltabitur
cornu eius. Secreta.
INterceſſio q̃s dñe beati bo
nauenture confeſſoris tui atq̃
pontificis in tuo nos amore cõ
firmet: qui vita doctrina et or
dine ſeraphicus meruit apella
ri. Per dñm noſtrũ ieſum xp̃z
filium tuũ. Cõio. Fidelis ſuꝰ
et prudẽs quẽ conſtituit dñs ſu
per familiã ſuã vt det illis in tẽ
pore tritici menſurã. Poſtcõ.
TUeantur eccleſiã tuaz deꝰ
ſacramenta que ſumpſimꝰ
et p̃ſta: vt beato bonauentura
cõfeſſore tuo atq̃ põtifice ſini
ſtra in adminiſtrationibꝰ care
at voluntate. Per dñm noſtrũ
ieſum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ
vi. ꝛ reg. in vni. ſpi. Per oĩa.
In feſto ſcĩ gabrielis archã
geli ad miſſam. Introitus.
GAudeamꝰ oĩs in do
mino: diẽ feſtum cele
brãtes ſub honore ga
brielis archangeli de cuiꝰ ſolen
nitate gaudẽt angeli ꝛ collau
dant filiũ dei ps Bñdicite dño
oĩs ṽtutes eius: miſtri eiꝰ q̃ fa
citis voluntatẽ eiꝰ. ℣ Glĩa. Oro.
ABſterge q̃s dñe xp̃ia
ni populi caliginẽ tui lu
minis illuſtratione et preſta: vt
beati gabrielis archangeli tui
ſalutatõe: et oĩm angeloꝝ tuo
rum ꝓtectione munitus: in tua
ſemper viſitatõe clareſcat. Per
dñm. Lectio danielis ꝓphete.
IN diebꝰ illis. Cum loque
rer et orarem et confiterer
peccata mea ꝛ pctã populi mei
iſrael: vt ꝓſternerẽ p̃ces meas
in cõſpectu dei mei pro monte
ſancto dei mei adhuc me loq̃n
te in oratione mea: ecce vir ga
briel quẽ videram in viſione a
principio cito volãs tetigit me
in tempore ſacrificij veſptini et
docuit me et locutus eſt mihi.
Dixitq̃. Daniel nunc egreſſus
ſum vt docerẽ te ꝛ intelligeres.
Ab exordio precũ tuarũ egreſ
ſus eſt ſmo. Ego autẽ veni vt i
dicarẽ tibi: q꜡ vir deſideriũ es.
Tu aũt aĩaduerte ſmonẽ ꝛ in
tellige viſionem. Septuaginta
hebdomadas abreuiate ſũt ſup
pplm tuũ vt ſupbẽ ſanctã tuã
vt cõſummet p̃uaricatõ: ꝛ finẽ
accipiat pctm̃ ꝛ deleat iniq̃tas
adducat iuſtitia ſempiterna et
impleat viſio ꝛ ꝓphetia: et vn
gatur ſanctus ſanctorũ. Scito
ergo ꝛ aĩaduerte ab exitu ſmo
nis vt iterũ edificet hieruſalẽ
vſq̃ ad xp̃m ducem. ℟. Preco

fulgẽs ſplẽdore nimio gẽma lu
cens celeſti radio deſolatis ſis
cõſolatio: et temptatis firma ꝓ
tectio. ℣. Tu gabriel qui frãgis
carceres captiuoꝝ reſpice pau
peres ⁊ fac eos ad vitã celeres.
All'a. ℣. Per te p̄co op⁹ mirabi
le altũ nimis fit et ſpectabile ꝑ
te nobis fiat poſſibile qd̕ roga
mus ⁊ impetrabile. Tractus.
A te p̄co virgo amabilis p̄ter
morem effecta fertilis venerat
vt ſit placabilis de⁹ noſter ne ſit
terribilis. ℣. Virginiſq̃ iocũda
facies te gabriel ⁊ mira ſpecies
letificat ſit nobis reqes q̃ ſi pla
cet nos tecũ facies. ℣. Nũc igi-
tur p̄co accelera pie matris p̄-
care viſcera nato mõſtret pect⁹
et vbera tu ab hoſte nos tecũ li
bera. Proſa
PRoloquiũ
altum recitem⁹ gabrielis vt
nos incitem⁹ ad amorẽ oẽs vo
citem⁹ ad has laudes corda ora
dam⁹. Imperatrix cui⁹ ĩperio
tota gaudet celeſtis cõcio: tãta
laus eſt tibi in filio ꝙ humana
nõ capit ratio. Bñdicta et ve-
nerabilis pia prudens decora
nobilis vniuerſis incõparabi-
lis tibi nũq̃ fuit cõſimilis. Te
creauit pr̄ ingenit⁹ obũbrauit
te vnigenit⁹ fecundauit te ſpũſ-
ſctũs: tu es facta tota diuinitus
Te creauit de⁹ mirabilẽ. te re-
ſpexit ancillã humilẽ. te q̃ſiuit
ſpõſam amabilẽ. tibi nunq̃ fe-
cit cõſimilẽ. Te beatã laudare
cupiũt oĩs ſancti ſꝫ nõ ſuffici-
unt nam tot laudes tibi cõueni
unt ꝙ laudãtes oĩs deficiunt.
Quia tamẽ caput es virginũ
⁊ laus ſumma nõ habẽs termi
num angelorũ laudes et hoĩm
ꝓmereris prima poſt dominũ.
Cum ſiſteret humani generis
loqui p̄co dignior ceteris vale
dicit regine etheris cui⁹ ſedes
manet in ſuperis. Vale ſancta
ſanctorũ omniũ: laus ⁊ honor
decus fideliũ aula xp̄i domus
palaciũ deitatis reclinatorium
Amen. Euãgeliũ. Miſſus eſt
gabriel. Regre in feria.iiij.ad
uentus. Et d̕: Credo. Offert.
Fortis preco oĩes cõmuniter
impugnamur ab hoſte fortiter
et interdũ vincimur turpiter ſꝫ
tua nos misericordit̃. Secre.
MUnera ſacrificij nr̄i que
ſumus op̄s de⁹ in corpus
et ſanguinem filij tui conuerte:
quẽ diuiniſſim⁹ gabriel archã-
gelus de beata maria virgine
nuntiauit naſciturum ſaluato-
rem mundi dominum noſtrũ
ieſum chriſtũ filiũ tuũ. Qui te.
Cõio. O gabriel refoue flebi-

les.egros ſana ↄforta debiles:
fac nos mittes ſp ꝛ hũiles et in
fide fortes ꝛ ſtabiles. Poſtco.
BEati gabrielis archãgeli
tui deus nr̃ ſanctorũq; om
nium celeſtiũ virtutũ recolẽtes
memoriã letificet interceſſio et
atq; eorũ ſumpta veneratõe ſa
cramẽta pficiãt ad ſalutẽ.p do.

Miſſa noſtre domine pietatis

QUnq; vidiſſet Intro.
ieſus matrem ꝛ diſci-
pulum ſtantẽ quẽ di
ligebat dixit matri ſue mulier
ecce filius tu⁹. Ps. Stabãt iux-
ta crucem ieſu mater eius ꝛ ſo-
ror matris eius maria cleophe
et maria magdalene. ℣. Gl'ia
INterueniat pro no- Oro.
bis q̃s domine ieſu chriſte:
apud tuam ſanctam clementiã
nunc et in hora mortis noſtre
piiſſima ṽgo maria mater tua
cuius ſacratiſſimã animam in
hora bñdicte paſſionis tue do-
loris gladius pertranſiuit:et in
glorioſiſſima reſurrectione:tua
ingẽs gaudiũ letificauit. Qui
viuis et regnas deus. Per oĩa.
Lectio hieremie pphete. Tre-
VIde norum.i.capitulo
domine quoniam tribu-
lor:conturbatus eſt venter me-
us. Subuerſum eſt cor meum
in memetipſa qm̃ amaritudi-
ne plena ſum. Foris interfecit
gladius: et domi mors ſimilis
eſt. Audierunt quia ingemiſco
ego:et non eſt q̃ conſoletur me.
Omnes inimici mei audierũt
malum meum:letati ſunt quo-
niam tu feciſti. Adduxiſti diez
conſolationis: et fient ſimiles
mei. Multi eniz gemitus mei:
et cor meum merens. Grad.
Deus vitam meam annuntia-
ui tibi:poſuiſti lachrymas me-
as in cõſpectu tuo. ℣. Exaudi-
uit dominus vocem fletus mei
dominus orationem meam ſu
ſcepit. Alleluya. ℣. Ante thro-
num trinitatis miſerum miſe-
rata pia mater pietatis ſis pro
nobis aduocata cauſam noſtre
paupertatis coram deo ſuſtine
et veniam de pctis ſeruis tuis
STabat Tractus.obtine.
mater doloroſa iuxta cru
cẽ lachrymoſa:dum pendebat
filius. ℣. Cui⁹ animã gemẽtem
cõtriſtantẽ et dolentẽ pertrãſi-
uit gladi⁹. ℣. Pro pctis ſue gen
tis ieſuz vidit in tormẽtis ꝛ fla
gell'ſubditũ. ℣. Vidit ſuũ dul-
cem natũ morientem deſolatuz
cum emiſit ſpirituz. ℣. Fac nos
virgo cuſtodiri cruce chriſti. et
muniri cõfoueri gratia. ℣. Qñ

em̄ morieꝶ fac vt animab⁹ deꝶ
paradiſi glia. Amen. In tēpo-
re paſchali. R. nō diciꝶ ſꝫ alla.
Alla. V. Dulcis mr̄ dulci nato
dulcia ferēſ pōdera q̄ſola fuiſti
digna ſuſtinere regē celoꝝ et
dñm. Alla. V. Añ thronū. vt. s.
Secundum lucaꝫ. ij. capitulo.
IN illo tpe. Erant pater et
mater ieſu mirātes ſup his q̄
dicebātur de illo. Et bñdixit
illis ſymeō: et dixit ad mariam
matrē ei⁹. Ecce poſitus eſt hic ī
ruinā ⁊ in reſurrectionē mltoꝝ
in iſrael ⁊ in ſignū cui ꝯdicetur
Et tuā ipſius animā ptrāſibit
gladius vt reuelētur ex multis
cordib⁹ cogitationes. Offerto.
Nō dubito quia deus lachry
mas meas in cōſpectu ſuo nō
amiſerit et fecit nos dñs ideo
venite ad me. Secreta.
DOmine ieſu xp̄e q̄ pēdēs
in cruce de cuſtode matri
puidiſti mitiſſime pater: ex q̄
humanā ſumpſiſti naturā: pſta
q̄s: vt intuemēte merito crucia-
tus: animi eiuſdē virginis ma
tris ipſa humanitas tua ſub ſa
cramēto intellecta: ſit ꝯtra que
cunqꝫ mala nobis in pſidiū in
augmentū gr̄e: ⁊ vite et̄ne pre-
miū. Qui vi. Prefatio de btā
maria. Et te in pietate. Cōio.

Mr flauiſti corā me ego q̄ ex-
audiui te dixit dñs en colligaꝫ
te in pace. Poſtcōionem.
DOmīe ieſu xp̄e fons pie-
tatis q̄ moriēs in cruce acerri-
me dolori cordis tui mitiſſime
genitricis multoplus fuiſti cō-
paſſus q̄ ſororib⁹ flentib⁹ q̄ruꝫ
dilectōne mot⁹ fuiſti lachrymis
exaudi, ppiti⁹ p̄ces noſtras ⁊ p̄-
ſta: vt q̄ eiuſdē matris tue piiſſi
me triſtē cruciatū recolim⁹ me-
ritis illius valeam⁹ ppetua mē
tis ⁊ corpis ſalute gaudere: ab
omniqꝫ dolore ⁊ triſtitia libe-
rari. Qui viuis et regnas de⁹.
Miſſa de noīe ieſu. Quicūqꝫ
hāc miſſaꝫ celebrat aut celebra
re fecerit p triginta dies vene-
ris: nō morieꝶ ſine vera confeſ
ſione: cōtritiōe: ⁊ digna ſatiſfa
ctione. Et infra triginta dies
poſt obitū ſuū ad gaudia pue-
niat ſempiterna. Et habet pro
q̄libet miſſa tria milia annoꝝ
indulgentiaruꝫ conceſſarum a
papa bonifacio. Introitus.
IN noīe ieſu oē genu
flectaꝶ celeſtiū t̄reſtriū
et infernoꝝ: ⁊ oīs lin
gua cōfiteaꝶ q: dñs ieſus xp̄us
in glia ē dei pr̄is. Ps. Laudate
dominū qm̄ bon⁹ eſt dñs: pſal-
lite nōi eius qm̄ ſuaue. V. Glia

DEus q̄ glorioſiſſimū Orō.
nomē ieſu xp̄i vnigeniti fi
lij tui feciſti fidelib⁹ tuis ſūme
ſuauitat amabile et malignis
ſpiritibus tremebūdū atq̧ ter-
ribile: cōcede ꝓpitius: vt oēs q̄
in hoc nomen ieſus deuote ve
nerant in terris: ſctē cōſolatio-
nis dulcedinē in p̄nti ſecl'o pre
cipiāt: ꝛ in futuro gaudiū exul
tationis obtineāt. Per eundē.

Lectio actuū apoſtolorū. iiij.c.

IN diebus illis. Petrus re-
plet⁹ ſpūſancto: dixit. Prin-
cipes popl'i ꝛ ſeniores audite.
Si nos hodie diiudicamur in
benefacto hoīs infirmi in quo
iſte ſaluus factus eſt: notuȝ ſit
oībus vobis ꝛ omni plebi iſrl':
q: in nomie dn̄i noſtri ieſu xp̄i
nazareni quē vos crucifixiſtis
quē deus ſuſcitauit a mortuis:
in hoc iſte aſtat corā vobis ſa-
nus. Hic eſt enī q̄ reprobat⁹ ē a
vobis edificātibus. Hic factus
eſt in caput anguli: ꝛ nō eſt in
aliquo alio ſalus. Nec enī eſt
aliud nomē datū hoībus in q̄
oporteat nos ſaluos fieri. Gra.
Cōſtituit dn̄s de⁹ p̄r ad dexte-
ram ſuā ieſum xp̄m in celeſtib⁹
ſup oēm ptātem principatuȝ ꝛ
dn̄ationē: ꝛ om̄e nomen quod
noīatur nō ſolū in hoc ſecl'o ſȝ
etiā i futuro: ꝛ oīa ſubiecit ſub
pedib⁹ ſuis. ℣. Adiuua nos de⁹
ſalutaris noſter: ꝛ ꝓpter gl'iam
noīs tui dn̄e libera nos ꝛ ꝓpi
tius eſto pctīs noſtris ꝓpt no-
men tuū. All'a. ℣. Dulce nomē
ieſu melos auri vel in eſu: con-
uertit cor in iubilū e fugat mū
di ſibulū. In tempe paſchali.
All'a. ℣. Surgēs ieſus dn̄s nr̄
ſtetit i medio diſcipulorū ſuorū
et dixit eis pax vobis. Proſa.

DOminu⁹ ieſus nazarenus
Judeorū rex amen⁹. Pius
pulcher ꝛ floridus. Pro ſalute
ſue gētis. Subijt morteȝ cum
tormētis. Factus pale liuidus
Dulce nomē ꝛ cognomē. Hoc
tranſcendēs ꝛ prenomē. Om-
nibus noībus. Mulcet reos ſa
nat eos: fouet cūctos munit eos
Seruat ab inſultibus. Huius
regis ſub vexillo. Statu degis
in tranqllo: hoſtes tui fugiunt
Nomē ei⁹ meditatū. Belli fu
gat apparatū. Hoſtes victi fu-
giunt. Hoc eſt nomē recolēdū.
Quod ſemp eſt tremebunduȝ
Malignis ſpiritib⁹. Hoc ē no
mē ſalutare. Et ſolamē ſingula
re qd̄ ſuccurrit teſtib⁹. Hoc nos
decet honorare. Archa cordis
i ſerie cogitare: pamare amore
ſed heryco. Ignatius h̄ docuit

Hoc paſſus iſonuit. Cor eius ſciſſum patuit: in ſcriptũ ieſu celico. Ut q̃d maiora cupim⁹: q̃p ꝙ ieſus ſit intim⁹ quoniã amantiſſimus. Et querit nos amare Amat feruẽtiſſime. Amat fideliſſime. Amat cõſtantiſſime et ſuos vult iuuare. Nomẽ ſuũ fecit tale vt ſit cunctis cordiale. capitale principale: dilectũ ex intimis. Hoc habẽt nature iura: vt amantẽ tota cura: reamemus placitura preſtantẽ exanimis. Jeſu nomẽ tenet bonum: omne dulcẽ facit ſonũ: p̱mereẽ regis thronũ: auditũ letificat. Jn h̃ lucet ſplẽdor p̃ris: in hoc patet decor matris. Jn hoc fulget honor fratris: hoc frẽs magnificat. Caput ieſu cor mens manus pes et corpus vigor ſanus paraẽ hoĩbus. Jeſus mala paſſos dira: p̱pter deũ cum maria corõabit dote mira: purgatis criminib⁹. Ergo ſi q̃s velit ſcire quale nomen ieſu mire facit bonos cõcupire ſui inherentiam. Jeſu puber in decore: ſumme bon⁹ in valore: mitis lenis in dulcore: p̱nus ad clementiam. Jeſus rex eſt glorioſus: ieſus forma ſpecioſus ieſus lingua gratioſus ꝛ mirãdus ope. Jeſus fortis animoſus: ih̃s pugil v̾tuoſus: ieſus donis copioſus: et gaudet tribuere. Jeſus pie viſceroſus: ieſus ductor luminoſus: ieſus eſt delicioſus et ſapit dulciſſime Jh̃s fama gl'ioſus: ieſus cunctis fructuoſus: ieſus tot⁹ luminoſus: ꝛ fouet ſuos optime. Sũme potẽs ĩ vigore ſumm⁹ ſalſus in amore: oẽƺ laudem obtinet. Jn ſciendo oẽ ſapit: ãbiendo cũcta capit: diligẽdo corda rapit: et illata retinet Eya nobis nomẽ gratũ dulcis ieſus appellatũ: ſic in corde ſic formatum: vt nõ poſſit abire. Hoc reatũ pctõꝝ: tollat preſtet iubiloꝝ: odas atq̃ beatorũ donec nobis perfrui. Amen. In quadrageſima. Tractus.

Dulce nomẽ ieſu xp̃i felix om̃e ferẽs triſti iocũdãs mentẽ iubilo. ℣. Tollit luctũ affert fructum: et obductũ ꝛ ſeductũ: purgat corda nubilo. ℣. Nomina tuƺ inuocatũ honoratũ p̱dicatum: ſp̱ ſonat dulciter. ℣. Tam pctm̃ ꝙ reatũ cõdonatũ expurgatũ reddit mulcens leuiter. ℣. Hoſtes ferit mores ferit: q̃ues gerit ꝛ cõterit plenum eſt reſiduum. ℣. Nos defendit nos attendit nos intendit: et extendit hoc nomen in gaudium. Secundum Mattheum .i. caplo.

IN illo tp̃e. Angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph dicens. Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugem tuã. Quod em̃ in ea natũ ẽ: de ſpiritu ſctõ eſt. Pariet aũt filiũ et vocabis nomẽ eiꝰ ieſuȝ. Ipſe em̃ ſaluũ faciet pplm ſuũ: a peccatis eoꝝ. Hoc autẽ totũ factũ eſt vt adimpleretur qd̀ dictũ ẽ a dño ꝑ pphetaȝ dicentẽ. Ecce virgo cõcipiet in vtero ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabitur nomẽ eius emanuel. Quod interpretatur nobiſcũ deus. Offert. In noĩe ieſu demonia eijciẽt linguis loquẽtur nouis ſerpẽtes tollent: et ſi mortiferũ quid biberĩt nõ eis nocebit: ſuper egros manꝰ ĩponẽt ⁊ bene habebũt. Secr.

IN veneratõne dilectiſſimi nominis filij tui dñi noſtri ieſu xp̃i tibi deus pater miſericordiarũ deuotis mẽtibus hoſtias immolamus ſuppliciter deprecãtes: vt earũ virtute cũctis egentibus p̃ſtetur auxiliũ: ⁊ in eodem nomine delectãtes: ſalutarẽ ſui propoſiti cõſequantur effectum. Per eundẽ dominuȝ noſtrũ. Cõio. Vincenti dabo manna abſconditũ et dabo illi calculũ candidũ: et in calculo nomen nouũ ſcriptũ quod nemo ſcit niſi q̃ accipit. Poſtcõ.

SAcroſancta myſteria que ſumpſimus domine in honorem nominis cõplacentiſſimi filij tui dñi noſtri ieſu chriſti deuotis precordijs recolẽtes queſumus: vt incremẽta ſpiritualis exultationis accumulẽt: et effectum noſtrum ad hoc ſalutiferum nobis nomẽ iugiter imprimendũ accendãt: ⁊ ad iubilanduȝ ieſu ſaluatori noſtro totius mẽtis attẽtione promoueant. Per eundem.

Miſſale ad vſum romane eccleſie ꝑoptime ordinatũ ac cõpletum cum additione pluriũ miſſarũ. ſcȝ Miſſa ſancti bonauenture et ſancti gabrielis: nec nõ et miſſa noſtre dñe pietatis et de noĩe ieſu cuȝ pluribꝰ alijs in ſuis locis proprijs que nunq̃ in eiuſdem vſus fuerũt poſitis. Atq; etiam benedictio fontium faciẽda in vigilia paſche et penthecoſtes finit feliciter. Impreſſuȝ Lugduni ꝑ Petrũ mareſchal ⁊ Barnabã chauſſard impreſſores. Anno incarnatiõis dñi. M.cccc.xcvij. Die vero .xvi. menſis octobris.

1497